Qualitas est ut qualis sit orator·an rusticus·niger·aut candidus. Relatio est·quę refert ad aliquid. Cū enī dicit filius·demonstrat 7 pater. Hęc relativa simul incipiūt. Nāq; seruus ac dñs·vno tpe erodiū nois sumūt·nec aliqñ inuenit dominꝰ prior seruo·nec seruꝰ dño. Alter enī alteri pręesse nō potest. Pozzo situs a positione dictꝰ est·ut quis aut stet aut sedeat·aut iaceat. Locus est vbi sit·in foro·in platea. Loci aūt motus partes sex habet·dextrā 7 sinistrā·ante 7 retro·sursum atq; deorsū. Partes quoq; iste sex·duo habēt·longe 7 prope. Tempꝰ ut hodie·heri. Habitus a habendo aliqd dictꝰ·ut habere scientiā in mente·virtutē in corpore·circa corpꝰ vestimentū 7 cętera quę ad habendi modum·designato a doctoribꝰ numero cōprehendunt. Jam ꝛo agere 7 pati·ab agentis 7 patientis significatione consistūt. Nā scribo vocis actū habet·qm faciētis rem indicat. Scribor patientis ē·qm pati se ostendit. Jn his enī nouē generibꝰ·quoꝝ exēpli gratia quędā posita sunt·uel ī ipso substātię genere qđ est vsia inumerabilia reperiunt. Nā 7 ea quę intellectu capimꝰ·id ad alterū hoꝝ decē predicamentoꝝ sermone vulgamꝰ. Plena enī sententia de his ita est. Augustinꝰ magnus orator·filiꝰ illius stans in templo·bodie infulatus·disputādo fatigat. Usia autē substantia ē·id ē ad ꝓtū quę cęteris subiacet; reliqua nouē accidentia sūt. Substantia aūt dicit·ab eo qꝺ ois res ad seipsā subsistit. Corpus enī subsistit 7 ideo substantia ē. Illa ꝛo accidentia·quę in subsistēre atq; subiecto sūt·substantię nō sūt·q; nō subsistūt ꝫ mutant siē color uel forma. De subiecto aūt 7 ī subiecto quasi de ipso 7 in ipso. Ubi enī dicit de subiecto; substantia est·quasi dicat de substantia. Ubi aūt dicit in subiecto; accidētia sūt·id ē quę accidūt in substantia·ut quātitas·qualitas uel figura. De subiecto igit genera 7 species·i subiecto accidentia sūt. Ex his nouē accidentibꝰ tria intra vsiam sūt; quantitas qualitas 7 situs. Hęc enim sine vsia esse nō possunt. Extra vsiā ꝛo sūt; locus tempꝰ 7 habitꝰ·intra 7 extra vsiā·relatio facere 7 pati. Appellatas aūt carbegorias constat·q; non possūt nisi ex subiectis agnosci. Quis enī quid sit homo possit agnoscere·nisi aliquem hominē sibi ponat ante oculos·qsi subiectū noi. Hoc opꝰ aristotelis intelligendū est qñ·sicut dictum est·quicquid homo loquit inter decē ista predicamēta habet. Proficiet etiā ad libros intelligendos·qui siue rhetoribꝰ siue dialecticis applicant.

De peribermenięs aristotelis. Cap̄.xxviii.

Equit de hinc liber peribermenias·subtilissimꝰ nimis 7 p varias formas iterationesq; cautissimꝰ·de quo dicit. aristoteles qñ peribermenias scriptitabat·calamū ī mētre tingebat. Pręfatio peribermeniaꝝ. Omnis ąppellatas·quę vna est. 7 vno significat sermone·aut pernomen significat·aut p uel bū·quę duę ptes orationis interpretant totū quicqd conceperit mens ad eloquendū. Omnis enī elocutio·conceptę rei mentis interpres est. Hanc aristoteles·vir ī rerū expressione. 7 faciēdis sermonibꝰ pitissimꝰ·piberme niaꝝ nominat·quā interpretatione nos appellamus·scilicz qꝺ res mente conceptas·platis sermonibꝰ interpretet·p catapbrasin 7 apopbrasin·id ē p affirmationē 7 negationē. Per affirmationē ut homo currit·p negationē ut homo nō currit. Jn his itaq; peribermenięs·supradictꝰ pbus de septē specibꝰ tractat·id ē de noie·de verbo·de oratione·de enūciatione·de affirmatione·de negatione·de contradictiōe. Nomen est vox significatiua ſm placitū sine tēpore·cuiꝰ nulla pars est significatiua separata·ut socrates. Uerbū ē quod significat tempꝰ cuiꝰ pars nihil extra significat·ꝫ semper eoꝝ quę de altero dicunt nota·ut cogitat·disputat. Oratio est vox significatiua·cuiꝰ partiū aliqd separatū·significatiuū est·ut socrates disputat. Enūciatiua oratio est vox significatiua de eo qđ est aliqd uel nō est·ut socrates est·socrates nō est. Affirmatio est enūciatio alicuiꝰ de aliquo·ut socrates est. Negatio est alicuiꝰ ab aliquo·ut socrates nō est. Contradictio est affirmatiōis 7 negationis oppositio·ut socrates disputat·socrates nō disputat. Utilitas peribermeniaꝝ hęc ē·qꝺ ex his interpretamētis syllogismi fiūt. vnde 7 analectica ptractant.

De syllogismis dialecticis Cap̄.xxix.

Equit de hinc dialectici syllogismi·vbi ſ totꝰ eius artis utilitas 7 virt ostendit; quoꝝ conclusio·plurimū adiuuat lectorē ad veritatē inuestigandā·tantū ut absit illi error decipiēdi aduersariū p sophismata falsaꝝ cōclusionū. Formulę categoricoꝝ id est predicatiuoꝝ syllogismoꝝ sūt tres. Prime formulę modi sūt nouem. Primꝰ modus ē·qui conducit·id est q colligit ex vniuersalibus dedicatiuis dedicatiuū vniuersale directim·ut oē iustū honestū·oē honestū bonū·oē igit iustū bonū. Secūdus modus ē qui conducit ex vniuersalibꝰ dedicatiuis 7 abdicatiuis·abdicatiuū vniuersale directim·ut oē iustum honestū·nullū honestū turpe·nullū igit iustū turpe. Tertiꝰ modus est·qui conducit ex dedicatiuis particulari 7 vniuersali·dedicatiuum particulare directim·ut quoddā iustū honestū·oē honestum vtile·quoddā igit iustū vtile. Quartus modus ē qui conducit ex pticulari dedicatiua 7 vniuersali abdicatiua dedicatiuū pticulare directim·ut qđdam iustū honestū·nullū honestū turpe·quoddā igit iustū nō ē turpe. Quintꝰ modus est·q conducit ex vniuersalibꝰ dedicatiuis pticulare dedicatiuū·p reflexionē·ut oē iustū honestū·oē honestum bonū·quoddā igit bonū iustū. Sextus modus ē·qui conducit ex vniuersali dedicatiua 7 vniuersali abdicatiua·abdicatiuū vniuersale p reflexionem·ut oē iustū honestū·nullū honestū turpe·nullum igit turpe iustū. Septimꝰ modus est·qui cōducit ex pticulari 7 vniuersali dedicatiuis·dedicatiuū

priculare p reflexionē·ut quoddā iustū honestum·
oē honestū vtile·quoddā igit vtile iustū. Octau⁹
modus est: q conducit ex vniuersalib⁹ abdicatiua
t dedicatiua·priculare abdicatiuū p reflexionē·ut
nullū turpe honestū·oē honestū iustū·quoddam
igit turpe nō est iustū. Nonus modus est q con/
ducit ex vniuersali abdicatiua t priculari dedica
tiua·dedicatiuū priculare p reflexionē·ut nullum
turpe honestū·quoddā honestū iustū·quoddam
igit iustū nō est turpe. Formulę secūdi modi sunt
q̄tuor. Prim⁹ modus est q cōducit ex vniuersali/
bus dedicatiua t abdicatiua·abdicatiuū vniuer/
sale directim·ut oē iustū honestū·nullū turpe bo
nestū·nullū igit turpe iustū. Secūdus modus qui
conducit ex vniuersalib⁹ abdicatiua t dedicatiua·
abdicatiuū vniuersale directim·ut nullū turpe bo
nestū·omne iustū honestū·nullū igit turpe iustum
Tert⁹ modus est: qui conducit ex priculari dedi/
catiua·t vniuersali abdicatiua·abdicatiuū pticu/
lare directim·ut quoddā iustū honestū·nullū tur/
pe honestū·quoddā igit iustū nō est turpe. Quar
tus modus ē qui conducit ex vniuersali dedicati/
ua t priculari abdicatiua·abdicatiuum pticulare
directim·ut oē iustū est turpe·quoddā malū nō ē
turpe·quoddā igitur malū nō est iustū. Formulę
tertij modi sūt sex. Prim⁹ modus est q conducit ex
dedicatiuis vniuersalib⁹ dedicatiuū priculare tam
directim q̄ reflexim·ut oē iustū honestū·oē hone
stum iustū·oē iustū bonū·quoddā igit honestum
bonū·quoddā bonū honestū. Secūdus modus ē
q conducit ex dedicatiuis particulari t vniuersali
dedicatiuū pticulare directim·ut quoddā iustum
honestū·oē iustū bonū·q̄dā igit honestū bonū.
Tert⁹ mod⁹ ē·q conducit ex dedicatiuis vniuersali
t priculari·dedicatiuū pticulare directim·ut oē iu
stū honestū·quoddā iustū bonū·quoddā igit ho
nestū bonū. Quart⁹ modus est·q conducit ex vni
uersali dedicatiua t priculari abdicatiua·abdica
tiuū priculare directim·ut oē iustū honestū·nullū
iustū malū·q̄dā igit honestū nō ē malū. Quint⁹
modus est qui conducit ex dedicatiua priculari t
abdicatiua vniuersali·abdicatiuū vniuersale di/
rectim·ut quoddā iustū honestū·nullū iustū malū
quoddā igit iustū nō est malū. Sext⁹ modus est q
cōducit ex dedicatiua vniūsali t abdicatiua pri/
culari·abdicatiuū priculare directim·ut oē iustū
honestū·quoddā iustū nō est malū. quoddā igit
honestū nō ē malū. Has formulas categoricōrū
syllogismor·q plene nosse desiderat libꝝ legat q
inscribit peribermenias apulei. t subtil⁹ que sūt
tractata cognoscit. Distincta eni atq̄ considerata
ad magnas intelligentię vias lectorem p̄stante
dño vtilit introducūt. Nūc ad hypotheticos syllo/
gismos·ordine sequēti veniam. Modi syllogis/
mor hypotheticor qui fiūt cū aliq̄ conclusione sūt
septē. Prim⁹ modus ē·si dies ē·lucet·est aūt dies
lucet igit. Secūdus modus ē·si dies est lucet·nō
lucet aūt·nō est igit dies. Tert⁹ modus ē ita·nō
est dies·t non lucet·at quia dies est·lucet igitur.
Quart⁹ modus ē ita·aut dies ē aut nox·at q̄ dies
est·nox igit nō est. Quint⁹ modus ē ita: aut dies
ē aut nox·vtiq̄ nox nō est·dies igit est. Sext⁹ mo
dus est ita. non est dies. t nō lucet·dies autē est·
nox igit nō ē. Septim⁹ modus est ita·nō ē dies t
nox·vtiq̄ nox nō ē·dies igit ē. Modos āt hypo
thetico⁹ syllogismor si quis plen⁹ nosse desiderat
libꝝ legat marij Victorini q̄ inscribit de syllo/
gismis hypotheticis. Hinc ad dialecticas diffini
tionū species accedam⁹ que tanta dignitate p̄ce/
llunt ut possint indiciorū apte manifestationes
t quędam indicia dictionū ostendere.

De diuisione diffinitionū ex marij Victo/
rini libro abbreuiata Cap.xxx.

Diffinitio est philosophorū que in rebus
exprimendis explicat q̄d res ipsa sit·q̄lis
sit. t quēadmodū membris suis cōstare
debeat. Est eni oratio breuis·vniuscuiusq̄ naturā
rei a cōmunione diuisa p̄pria significatione cōclu/
dens. Diuisio diffinitionū in ptes.xv. habet. Pri
ma species diffinitionis ē ΟΥΣΙΩΔΗΣ·id ē sub/
stantialis·que p̄prie t vere dicit diffinitio·ut ē hō
animal rationale·mortale·sensus disciplinęq̄ ca/
pax. Hęc eni diffinitio p species t differētias de/
scendens·venit ad p̄priū. t designat plenissime q̄d
sit homo. Secūda spēs diffinitiōis est·que grece
ΕΝΝΟΙΩΜΑΤΙΚΗ dicit latine notio nūcupat·quā
notionē cōmuni·nō p̄prio noie possum⁹ dicē. Hęc
isto modo semp efficit. Homo ē q̄ rationali con
ceptione exercitio p̄est animalibus cūctis. Nō
eni dixit quid sit homo: ꝫ quid agat·q̄si quodam
signo in noticiā deuocato. Ista eni t reliquis no/
ticia rei p̄fert·nō substātialis explicatio declarat·
t q̄ illa substantialis est·diffinitionū oīuz obti/
net principatū. Tertia species diffinitionis ē que
grece ΠΟΙΟΤΗΣ dicit latine qualitatiua vocat·
q̄ ex q̄litate nomen accepit·p eo q̄ quale sit id q̄d
quęrit euidenē ostendit. Cui⁹ exemplū tale ē. Ho/
mo est qui ingenio valet·artib⁹ pollet t cogniriōe
rerum·aut q̄d agere debet eligit·aut aia duersione
q̄d iutile sit cōtemnit. His eni qualitatib⁹ exp̄ei/
sus ac diffinit⁹ est homo. Quarta species diffini/
tiōis est: que grece ΥΠΟΤΡΟΦΙΚΗ·latine a tullio
descriptio noīat·que adhibita circuitione dictor
factorūq̄ rem que sit descriptione declarat. Que
rit eni quid sit auarus·quid crudelis·q̄d luxurio/
sus. t vniuersi luxuriosi·auari t crudelis natura
describit·ut si luxuriosū volumus diffinire·dici/
mus·luxuriosus est vic⁹ nō necessarij ꝫ sumptuo
si t bonoris appetens·in delitijs affluens·in libi/
dine p̄mptus. Hęc t alia diffinitur luxuriosum·ꝫ
p descriptionē diffinitur. Que species diffinitiōis
oratorib⁹ magis apta est q̄ dialecticis: q̄ latitudi
nes habet·que simili modo in bonis reb⁹ ponit t
malis. Quinta species diffinitionis ē: quā greçe
ΚΑΤΑ ΑΝΤΙΛΕΞΙΝ latine adūbiū dicim⁹ Hęc vocē
illā de cui⁹ re quęrit·alio sermone designat·vno t

singulari. ⁊ quodāmodo quid illud sit ī vno ꝓbo
positum vno verbo aliud declarat. ut contitesce
re est tacere. Itē cū terminū dicimus finē aut po
pulatas interp̄etamur esse vastatas. Sexta spe
cies diffinitionis ē quā grēci cata diaphorā nos
p differentiā dicimus. scriptores ꝺo artiū de eodē
⁊ de altero noiant. ut cū quēriť quid sit inter regē
⁊ tyrannū. adiecta differētia q̄d vterq; sit diffi
nit. id ē rex est modestus ⁊ tempatus. tyrannus
ꝺo impius ⁊ īmitis. Septima species diffinitio
nis ē quā grēci cata metaphorā. latini p trāsla
tionem dicūt. ut Licero in topicis. Littus ē quo
fluctus elidit. Hoc varie tractari potest. Modo
ceni ut moneat. modo ut deligner. modo ut lauder
aut vituperet. Ut moneat. nobilitas virtuť ma
iorū est apud posteros sarcina. ut designer. apex ē
arx corpis. ut lauder. adolescētia est flos ętatis. ut
vituꝑet. diuitię sunt bonis viŧ longū viaticum.
Octaua species diffinitionis est. quam grēci cata
aphęresin vocāt. a τοῦ ἐναντίου latini p p̄uan
tiā cōtrarij ei⁹ qꝺ diffinit dicūt. bonū ē qꝺ malū
nō est. iustū est qꝺ iniustū nō est. ⁊ his similia. Hoc
aūt genere diffinitionis vti debem⁹. cū contrariū
est notū. ut si bonū est qꝺ ꝑdest cū honestate. id
qꝺ tale nō ē malū ē. Nona species diffinitiōis ē
quā grēci cata hypotyposin. latini p quādā ima
ginationē dicūt. ut ęneas est veneris ⁊ anchisę fi
li⁹. Hęc semp ī indiuiduis versať. quā grēci ato
ma appellāt. Decima spēs diffinitiōis ē. quā grēci
κατὰ ἔκλειψιν ὁλοκλήρου ὁμοιοτρόπου
latini p indigentiam pleni ex eodē genere dicūt.
ut si quęrať quid sit animal. respōdeať ut homo.
rem enim quesitam per dictū declarauit exemplū
Hoc est autem ꝓprium diffinitionis. quid sit illud
quod querit declarare. Undecima species diffini
tionis est. quā grēci cata analogian. latini iuxta
ꝓportionē dicunt. ut si queratur quid sit thesis
respōdeaturq; cui vis deest ut sit arsis. Duodeci
ma species diffinitiōis est. quā grēci cata epęnon
id est p laudē. ut tullius. peluentio. lex est mens ⁊
consiliū ⁊ anim⁹ ⁊ sentētia ciuitatis. Et alit. Pax
est tranquilla libertas. Fit ⁊ p vituperationē. quā
grēci psogon vocant ut seruitus ē postremū oiuz
maloꝝ. nō modo bello ꝟ morte quoq; repellenda.
Tertiadecima species diffinitionis est. quā grēci
cata tonozon. latine generalis. ut Licero i rhetozicis. gen⁹ ē qꝺ plures am
plectit ptes. Itē pars ē quę subest generi. Quin
tadecima spēs diffinitiōis ē. quā grēci cata ṫrio
logian. latini ꝑm rei rationē vocant. ut dies ē sol
supza terras. nox est sol sub terris. Scire aūt de
bemus p̄dictas species diffinitionū ropicis me
rito esse sociatas. qm̄ inter quędam argumēta sūt
posite. ⁊ nōnullis locis cōmemozank in topicis.
Nūc aūt ad ropica veniamus. quę sūt argumen
tozū sedes. fontes sensuū. ⁊ ozigines dictionū.

De t̄ picis Cap. xxxi.

Opica est disciplina inueniendoꝝ argu
t mentoꝝ. Diuisio topicoꝝ siue locozum ex
quib⁹ argumenta ducunť. triplex est. Nā
alia in eo ipso de quo agiť hęrent. alia quę dicunť
effecta. quę quodāmodo ex rebus aliis tracta no
scunť. alia quę assumunť extrinsecus. Argumēta
quę in eoipso de quo agiť hęrent. in tribus diuisa
sūt. Prima a toto. secūda a ꝑte. tertia a nota. Ar
gumentū a toto. cū diffinitio adhibeť ad id quod
queriť. sicut ait Licero. Gloria est laus recte fa
ctozū magnozūq; in republica fama meritozū. A
partib⁹ est argumentū: cū is qui se defendit. aut
negat factū. aut factū esse iure defendit. A nota ē
argumentū. cū ⁊ sui nois argumentū aliquod di
cit. ut Licero. consulē inquit querebā. quē in isto
maiali inuenire nō poteram. Effecta argumenta
sūt quę quodāmodo ex rebus aliis tracta noscunť.
Sunt aūt numero. xiiij. id est p̄imū a cōiugatis
argumentū est. cū declinať a noie ⁊ fit verbum ut
Licero verrē dicit euerrisse. puinnā. uel nomen a
verbo cū latrocinari dicit latro. Nomen a noie
Terentius. Nā inceptio ē amentiū. baud amanti
tiū. dūmodo distet vn⁹ appellationis postremitas
in alia vocis declinatione formata. Secundū ar
gumentū a genere est. cū de eodē genere sententia
dicit. ut Uirgili⁹. uariū ⁊ mutabile semp fęmina
Tertiū a specie argumentū est. cū generali que
stioni fidē species facit. ut ar nō sic phrygi⁹ pene
trat lacedęmona pastoz. A simili argumentū est.
qñ rebus aliquib⁹ similia. pferunť. ut suggere tela
mihi nā nullū dextera frustra torserit in rutulos:
stererint quę ī corpe graium iliacis cāpis. A dif
ferentia argumentū est. qñ p differentiam aliqua
separanť. ut Uirgilius. non diomedis equos nec
currū cernis achillis. A contrarijs argumentum
dicitur. qñ res discrepantes sibimet opponunť. ut
Uirgilius. mortali ne manu factę imortale carinę
fas habeant. certusq; icerta picula lustret ęneas?
A consequentib⁹ argumentū dicit. qñ posita rem
aliq̄d ineuitabiliť consequiť. ut Uirgilius. nō ea
vis aio nec ranta superbia victis. Ab antecedētib⁹
argumentū est. qñ aliqua ex his quę p̄⁹ gesta sūt
cōprobanť. ut Licero p milone. cū nō dubitaue
rit aperire q̄d cogitauerit. vos potestis dubitare
quid fecerit. A repugnantib⁹ argumentum est. qñ
illud qꝺ obiciť aliqua cōtrarietate destruitur. ut
Licero. Is igiť nō modo de tali piculo liberatus
ꝟ honore amplissimo ditatus domi te interficere
voluisset. A cōiugatis argumentū est cū pbabiliť
ostendiť quid sit ex re quaq; venturū. ut Uirgili⁹
Nos si pellant. nihil abscre credunt quin omnē
hesperiā sua sub iuga mittant. A causis argumē
tū ē. qñ cōsuetudine cōmuni res queq; tractať. ut
Terenti⁹. Ego nō nihil veritus sū dudum absre
dauc. ne faceres qꝺ vulgus seruozū solet dolis ut
me deluderes. Ab effectis argumentū est. cum ex
his quę facta sūt aliquid approbať. ut Uirgili⁹:

b 5

quid topica

Argumen
a toto, a
ribus, a, n

degeneres animos trimo: arguit. A comparatiõe argumentũ est·qñ p collationẽ psonarũ siue causarũ sententrię ratio sub impuratione formaț·ut Virgilius·tu potes ęnean manib⁹ subducere grauium. Nos aliq̃d cõtra rutulos iuuisse nephandũ ẽ. Jrẽ argumẽta quę ducũț extrinsecus·quę grece ἄτεχνοι id est artis expertes vocant·ut est restimoniũ. Testimoniũ ꝟo constat re.ț diuiditur quinq̃ modis·id est primo ex psona.secũdo ex natura auctoritate·tertio ex temporib⁹ auctoritatũ. quarto ex dictis factisq̃ maioꝝ.quinto ex tormẽtis. Tertiꝰ ergo supior modus: qui est ex temporibus·in octo species deriuaț. Prima ingenio·secunda opib⁹.tertia ętate.quarta fortuna.quinta arte.sexta usu.septima necessitate.octaua concursione fortuitoꝝ. Testimoniũ oẽ est·qđ ab aliqua externa re sumitur ad faciendã fidem·psona nõ qualiscũq̃ est testimonij pondus habet ad faciendam fidem·ħ moꝝ ꝓbitate debet esse laudabilis. Naturę auctoritas ẽ·quę maxima virture cõsistit. Testimonia multa sunt·quę afferũt auctoritatẽ·id est ingeniũ·opes·ętas·fortuna·ars·usus necessitas.ț concursio rerũ fortuitaꝝ. A dictis factisq̃ maioꝝ petiț fides·cũ priscorũ dicta factaq̃ memorant. A tormentis fides pręberur·post quę nemo crediț velle mentiri. Ea ꝟo quę tractant in tempore·q: suis nominib⁹ plana sunt·diffinitiõe nõ indigent. Memorię quoq̃ cõdendũ ẽ·topica oratoribus·dialecticis·poetis.ț iurisꝑitis·cõmuniter quidẽ argumẽta pręstare·ħ qñ aliquid specialiț ꝑtãt·ad rhetores·poetas·iurisꝑitosq̃ pertinẽt·qñ ꝟo generaliț disputant·ad philosophos attinere manifestũ est. Mirabile plane genꝰ opis in vnũ potuisse colligi·quicq̃d mobilitas ac varietas humanę mentis·in sensib⁹ exquirendis·p diuersas causas poterat inuenire·conclusũ liberũ ac voluntariũ intellectũ. Nã quocũq̃ se verterit·quascũq̃ cogitationes intrauerit: in aliq̃d eoꝝ quę prędicta sunt necesse est·cadat ingeniũ.

De oppositis Cap̃.xxxii.

Contrariorũ genera quattuor: sunt: quę
c aristoteles ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΑ id ẽ oppositа vocat.ꝓter q̃ sibi velut ex aduerso videnț obsistere·ut contraria.nec tñ oĩa quę opponunț sibi contraria sũt·ħ oĩa contraria opposita sũt. Primũ genus est contrarioꝝ·qđ iuxta Ciceronẽ diuersum vocaț.p eo q̃ tantũ cõtraria sibi opponũț·ut nõ eoꝝ sint quib⁹ opponunț·ut sapientia·stultitia. Qđ genus in tres species diuidiț Nã sũt quędã ciusmodi quę mediũ habẽt: ț sũt quę sine medio sũt.ț quędã sũt quę habẽt mediũ ț ñ sine nomine sũt·nisi vtrũq̃ ei vocabulũ creet. Candidũ ț nigrũ mediũ habent·q: inț eos sępe colos pallidus uł fuscus inueniț. Sine medio sũt quotiẽs vnũ de duob⁹ accidit·ut sanitas uł infirmitas.hoꝝ nihil est mediũ. Ea autẽ quoꝝ media sine noie sũt·ut fęlix infęlix·mediũ habẽt nõ fęlix Secundũ genus est relatiuoꝝ·quę ita sibi opponunț ut ad se conferanț·sicut duplũ simplũ. Hoꝝ solũ oppositoꝝ genꝰ ad se referț. Nõ eni est maius nisi ad minꝰ referaț.ț simplũ nisi ad dulpũ.aut qꝰ cui opponiț. Nã relatiuũ ipsi relatiuo ita opponiț ut hoc ipsũ qđ opponiț·aut eiꝰ sit cui opponiț·aut ad id quocũq̃ modo referaț. Dimidiũ eni opponiț duplo·ciusq̃ dupli mediũ est: ħ ita illi opponiț·ut eiꝰ sit cui opponiț. Sic ț paruũ opponiț magno·ita ut ipsum paruũ ad magnũ cui opponitur sit paruum. Nã supiora quę dicunț contraria·ita sibi opponunț·ut eoꝝ nõ sint quib⁹ opponunț·nec ad ea quocũq̃ modo referanț. Siquidẽ iniquitas·iusticię ita contraria est·ut non ciusdẽ iusticię iniquitas sit·aut ad illã sit iniquitas. Tertiũ genus est oppositorũ·habitus uel oꝛbatio: qđ genꝰ Cicero priuationẽ vocat·qua ostẽdit aliq̃d quę piã habuisse vnde priuaț est. Cuiꝰ species sũt tres q̃rũ ꝑma ẽ in re.secũda i loco.tertia i tpe cõgruo Jn re·ut cecitas ț visio i oculis. Jn loco·ut cecitaș ț visionis in oculis locꝰ est. Jn tpe cõgruo·ut infantẽ nõ dicere sine dentib⁹ eñ cui dẽtes adhuc parua ętas negauit. Nõ eni est priuatꝰ dentibus quos nõdum habuit. Quartũ ꝟo genꝰ ex cõfirmatione ț negatione opponiț·ut socrates disputat·socrates nõ disputat. Hęc a supiorib⁹ ideo differũt·q̃ illa sigillatim dici possũt·hęc nisi cõnexe dici nõ possunt. Qđ genꝰ quartũ apud dialectricos multũ habet conflictũ.ț appellaț ab eis·valde oppositũ·siquidẽ ț tertiũ nõ recipit. Nam ex illis quędã habere tertiũ possunt·ut in cõtrarijs·candidũ ț nigrum. Tertium eius nec candidum nec nigrum·ħ fuscum uel pallidũ. Jn relatiuis quoq̃ ut multa ț pauca. Tertiũ eiꝰ·nec multa nec pauca·ħ mediocria. Jn habitu uł oꝛbatione·ut visio ț cęcitas. Tertiũ eiꝰ·nec cęcitas nec visio·ħ lippitudo. Hic ergo legit·ț nõ legit·ętiũ nihil habet.

Finit liber secundus

Jncipit prefatio de quattuor sequentibus disciplinis.

Arthemarica latine diciț doctrinalis scia
m quę abstractam considerat quantitatem

Abstracta enim quantitas est·quã intellectu a materia separantes uel ab alijs accidentibus·ut est par·impar·uel ab alijs huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sũt quattuor·id ẽ arithmetica·musica·geomerria ț astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis ꝑm se. Musica est disciplina quę de numeris loquitur·qui inueniunț in sonis. Geomerria ẽ disciplina magnitudinis ț formarum. Astronomia est disciplina·quę cursus cęlestium siderũ atq̃ figuras cõtemplaț·atq̃ omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas·deinceps paulo latius indicabimus·ut earum causę competenter possint agnosci.

Incipit liber tertius
De vocabulo arithmeticę
disciplinę Cap. I.

Rithmetica est

a disciplina numerorum. Græci eni numerꝫ rithmon dicunt. Quã scriptores secularũ litteraꝝ inẽ disciplinas mathematicas ideo primã cẽ voluerunt. qñ ipsa ut sic nulla alia indiget disciplina. musica ãt ⁊ geometria ⁊ astronomia quę sequũtur ut sint atqꝫ subsistãt. isti egent auxilio.

De auctoribus eius Cap. II.

n Umeri disciplinã apud græcos primum pythagoræ autumãt cõscripsisse. ac deinde a nicomacho diffusius eẽ cõpositam quã apud latinos prim' apuleius. deinde boeti' transtulerunt.

Quid sit numerus ⁊ vnde dicat Cap. III.

n Umerus ãt ẽ multitudo ex vnitatib' cõstituta. Nam vnũ semẽ numeri eẽ non numerꝫ volũt. Numero aũt nũm' nomen dedit. ⁊ a sui frequẽratiõe vocabulũ indidit. Un' ex græco nomen trahit. Græci enim vnũ ἓν dicũt. sic duo ⁊ tres. ꝙs illi δύο ⁊ τρία appellãt. Quattuor ꝟo a figura quadrata nomẽ sũpserũt. Quinqꝫ aũt nõ ꝑm naturã ꝫ ꝑm placitũ volũtatis vocabulum acceperunt. ab eo ꝙ numeris noia indidit. Sex aũt ⁊ septẽ a græco veniũt. In multꝫ eni noib' quę in græco aspiratiõnẽ habent. nos ꝑ aspiratiõe ſ ponim'. Inde pro hex. pro hepta septem. sicut ꝑ herpillo hęrba serpillũ. Octo ꝟo ꝑ trãslationẽ. sicut illi ὀκτὼ. ⁊ nos octo. ita illi ἐννέα. nos nouẽ. illi deca. nos decẽ. Dicti ãt a græca ętymologia. eo ꝙ ligent ⁊ coniũgãt infra iacẽtes numeros. Nã ſυνεμπλέκειν cõiũgere uel ligare apud eos dicit. Porro viginti dicti ꝙ sint decẽ bis geniti. u. ꝑ b. ĩrã posita. Triginta ꝙ a ternario denario gignãt. sic vsqꝫ ad nonaginta. Centũ ꝟo vocati a canto qõ ẽ circulus. Ducenti a duo ⁊ centũ. sic ⁊ reliqui vsqꝫ ad mille. Mille aũt a multitudine. vnde ⁊ militia quasi multicia Inde ⁊ milia. quę græci mutata littera. id est r. ꝑ l. μυρίας vocant.

Quid pręstent numeri Cap. IIII.

r Atio numerorꝫ cõtinenda nõ ẽ. In multis eni scripturaꝝ locis quãtũ mysteriũ habeãt elucet. Non eni frustra i laudib' dei dictũ ẽ: Omia ĩ mẽsura ⁊ numero ⁊ pondere fecisti. Senari' nãqꝫ qui partib' suis pfect' ẽ. pfectionẽ mũdi quadã numeri sui significatione declarat. Similit ⁊ xl. dies quib' moyses ⁊ helias ⁊ ipse dñs ieiunauerũt. sine numerorꝫ cognitione nõ intelligunt. Sic ⁊ alij in scripturis sanctis numeri existũt. ꝙrũ figuras nõ nisi noti huius artis sciẽtię soluere possũt. Datũ ẽ etiã nobis er aliq̃ parte sub numerorꝫ consistere disciplinã. qñ horas ꝑ eã discim'. qñ de mẽsiũ curriculo disputam'. qñ spaciũ anni redeuntis agnoscimus. Per numerũ siq̃dẽ ne confundamur instruimur. Tolle numerꝫ ĩ reb' oib' ⁊ oia pereũt. Ădime sęculo calculi cõputũ ⁊ cũcta ignorantia cęca complectitur. nec differri põt a cęteris animalib' quę calculi nesciũt rationem

De ꝑma diuisione pariũ ⁊ imparũ Cap. V.

n Umer' diuiditur. paribus ⁊ imparibus Par numer' diuidit in bis: Pariter par pariter impar. ⁊ ipariter par. ⁊ ipariter impar. Impar numerus diuidit in bis: primũ ⁊ simplum. secundum ⁊ compositum. tertium mediocrẽ qui quodammodo primus ⁊ incõpositus ẽ: alio ꝟo modo secũd' ⁊ cõposit' ẽ. Par numer' ẽ ꝙ in duab' ęquis ptib' diuidi põt. ut duo ⁊ iiij. ⁊. viij. Impar ꝟo numer' ẽ ꝙ diuidi ęquis partibus neqt. vno medio uel deficiẽte uel supante. ut tres. v. vij. ix. ⁊ reliq̃. Pariter par numerus ẽ ꝙ ꝑm parẽ numerꝫ pariter diuidit. quousqꝫ ad indiuisibilẽ pueniat vnitatẽ. utputa sexagintaqttuor habet medietatẽ. xxxij. hic autẽ. xvj. xvj. ꝟo viij. octonari' iiij. ꝙternari' ij. binari' vnũ ꝙ singularis indiuisibilis ẽ. Pariter impar ẽ ꝙ ĩ ptes ęquas recipit sectionẽ. ꝫ ptes eius mox insecabiles pmanẽt ut vj. ⁊. xviij. triginta ⁊ qnq̃gita. Mox enĩ si hũc numerꝫ diuiseris. incurris ĩ numerꝫ quẽ secare nõ possis. Impariter par numer' ẽ cui' ptes etiã diuidi pñt ꝫ vsqꝫ ad vnitatẽ nõ pueniũt. ut viginti qttuor. Vi enĩ i medietate diuisi. xij. faciũt. rursũqꝫ in aliã medietatẽ. vj. deinde ĩ aliã tres. ⁊ vltra diuisionẽ nõ recipit sectio illa. ꝫ ante vnitatẽ iuenitur termin' quẽ secare nõ possis. Impariter impar ẽ ꝙ ab impari numero ipariter mẽsurat. ut. xxv. xlix. ꝙ dũ sint ipares numeri. ab imparib' etiã ptib' diuidũt. ut septies septẽ. ꝙdragies noni. ⁊ qnquagies qni. Impariũ numerorꝫ alij simplices sũt. alij cõpositi. alij mediocres. Simplices sũt ꝙ nullã ptẽ habent nisi solã vnitatẽ. ut ternari' solã tertiã. ⁊ quinari' solã qntã. ⁊ septenari' solã septimã. his eni vna pars sola ẽ. Cõpositi sũt ꝙ nõ solũ vnitatẽ metiunt. ꝫ etiã alieno numero ꝑcreant. ut. ix. xv. ⁊. xxj. Dicim' enĩ ter terni. ⁊ septies terni. ter quini ⁊ qnquies quini. Mediocres numeri sunt qui quodãmodo simplices ⁊ incõpositi ẽ videt: alio ꝟo modo ⁊ cõpositi. ꝟbi grã: nouẽ ad xxv. dũ comparat' fuerit. primus est ⁊ incõposit'. quia nõ habet cõmunẽ numerũ nisi solũ monadicum. Ad. xv. ꝟo si cõpar' fuerit. secundus ẽ ⁊ compositus. qñ ineſt illi cõmunis numer' ꝑter monadicũ. id est ternari' numer' qui nouem mẽsurat ter terni ⁊ qndeci ter quini. Itẽ pariũ numerorꝫ alij sũt superflui. alij diminutiui. alij pfecti. Superflui sũt qꝫ ptes simul ductę plenitudinẽ suã excedũt. utputa duodenari' habet enĩ ptes. v. duodecimã qõ ẽ vnũ. sextã qõ duo. quartã qõ tria. tertiã qõ. iiij. dimidiã qõ sex. vnũ enim ⁊ duo ⁊ tria ⁊ qttuor ⁊

ſex ſimul ducta. xvj. faciũt. ⁊ longe a duodenario excedũt ſic ⁊ alij ſibi plurimi. ut duodecies ſim⁹. ⁊ multi tales. Diminutiui numeri ſunt q̃ partib⁹ ſuis cõparati minorẽ ſummã efficiũt. utputa denari⁹ cui⁹ ptes ſũt tres. decima q̃ ẽ vnũ q̃nta q̃ duo. dimidia q̃ q̃nq̃. Unũ eni ⁊ duo ⁊ q̃nq̃ ſi mul ducta octonariũ faciũt longe a denario minorẽ. Similis ẽ huic octonarius ⁊ alij plurimi qui i ptes redacti infra cõſiſtũt. Perfect⁹ numer⁹ eſt q̃ ſuis prib⁹ adimplet ut ſenari⁹. habet enĩ tres partes. ſertã. tertiã. ⁊ dimidiã. Serta enĩ ei⁹ vnũ eſt. tertia duo. dimidia tres. Hę ptes in ſũmã ducte id ẽ vnũ ⁊ duo ⁊ tria. ſimul eundẽ conſũmant pficiũtq̃ ſenariũ. Sũt ãt pfecti numeri intra denariũ ſex. intra centenariũ. xxviij. intra millenariũ quadringenti nonagintaſex.

De ſecũda diuiſione totius numeri Cap. vi.

Omnis numerus aut ꝑm ſe conſideraſ
o aut ad aliquid. Iſte diuiditur ſic. Alij enim ſunt equales: alij inequales. Iſte diuiditur ſic: Alij ſunt maiores: alij ſunt minores. Maiores diuiduntur ſic. l. multiplices. ij. ſuperparticulares. iij. ſuppartiẽtes. iiij. multiplices ſupparticulares. v. multiplices ſuperpartientes. Minores diuidũtur ſic. l. ſubmultiplices. ij. ſubſupparticulares. iij. ſubſuppartiẽtes. iiij. ſubmultiplices. ſubſuperparticulares. v. ſubmultiplices ſubſuppartientes. Per ſe numer⁹ ẽ q̃ ſine relatiõe aliqua dicit. ut. iij. iiij. v. vj. ⁊ ceteri ſimiles. Ad aliq̃d ẽ nuner⁹ q̃ relatiue ad alios cõparaſ. ut verbi gratia. iiij. ad. ij. dũ cõparatus fuerit duplex dicit. ⁊ multiplex. ſex ad. iij. viij. ad. iiij. x. ad. v. ⁊ iterũ tres ad vnum. triplex. ſex ad. ij. ix. ad. iij. ⁊ ceteri. Equales numeri dicunt q̃ ꝑm quãtitatẽ equales ſimt. verbi grã. ij. ad. ij. iij. ad. iij. x. ad. x. c. ad. c. Inequales numeri ſũt q̃ ad iuicẽ cõparati inequalitatẽ demõſtrãt. ut. iij. ad. ij. iij. ad. iij. v. ad. iij. x. ad. vj. ⁊ vniuerſaliter maior minori. aut minor maiori. huiuſmodi dũ cõparaſ fuerit. inequalis dicit. Maior numer⁹ ẽ q̃ habet in ſe illũ minorẽ numer⁹ ad quẽ cõparaſ. ⁊ aliq̃d plus. ut ꝟbi grã: Quinari⁹ numer⁹ trinario numero fortior eſt. eo q̃ habet quinari⁹ numerus in ſe trinariũ. ⁊ alias partes ei⁹ duas. ⁊ reliq̃ tales. Minor numerus ẽ q̃ continet a maiore. ad quẽ compaſ cũ aliqua pte ſui. ut ternari⁹ ad quinariũ. continet enĩ ab eo cũ duab⁹ partib⁹ ſuis. Multiplex numer⁹ ẽ qui habet in ſe illũ minorẽ numer⁹ bis aut ter aut quater aut multipliciter. ut verbi grã: Duo ad vnum dũ compari fuerint duplex ẽ. ij. ad. i. triplex. iij. quadruplex ⁊ reliqui. Econtra ſubmultiplex numer⁹ ẽ q̃ intra multiplicẽ cõtinet bis aut ter aut quater. aut multiplicit. ut verbi grã: vn⁹ a duob⁹ bis cõtinet. a trib⁹ ter. a q̃tuor q̃ter. a q̃nq̃ quinquies. ⁊ ab alijs multipliciter. Supparticularis numer⁹ ẽ dũ fortior cõtinet infra ſe inferiorẽ numer⁹ circa quẽ cõparaſ. ſimlit ⁊ vnã partẽ ei⁹. ut verbi grã. iij. ad. ij. dum cõparati fuerint. continent intra ſe duos. ⁊ alĩ vnũ qui media pars eſt duorũ. Quattuor ad tres dũ cõpari fuerint cõtinent i ſe. ij. ⁊ alĩ vnũ. q̃ ẽ tertia pars triũ. Iterũ q̃nq̃ ad quattuor dũ cõparari fuerint habẽt in ſe quaternariũ numerũ ⁊ alĩ vnũ q̃ quarta pars eſſe dicit q̃ternarij numeri. ⁊ ceteri tales. Suppartiens numer⁹ ẽ qui in ſe inferiorẽ numer⁹ totũ cõtinet. ⁊ ſuper hoc alteras ptes ei⁹ duas. aut. ij. aut iij. aut. v. aut alias. ut verbi grã: quinq̃ ad tres dũ cõpari fuerint. habet i ſe quinari⁹ numer⁹ trinariũ. ⁊ ſup ꝟ alias ptes ei⁹ duas. Septẽ ad. iij. dũ cõpati fuerint habẽt i ſe q̃ttuor. ⁊ alias ptes ei⁹. tres nouẽ ad q̃nq̃ dũ cõpari fuerint. habẽt in ſe q̃nq̃ ⁊ alias q̃ttuor ptes ei⁹. Subſuppartiens numer⁹ ẽ q̃ cõtinet in numero ſuppartiẽti. cũ aliquib⁹ partib⁹ ſuis duab⁹ aut trib⁹ aut pluribus. ut ꝟbi grã. iij. cõtinet a. v. cum alijs duab⁹ prib⁹ ſuis. v. a. ix. cũ. iij. prib⁹ ſuis. Subſupparticularis numer⁹ ẽ minor q̃ cõtinet in fortiori numero cũ aliqua pte ſua. aut media. aut tertia. aut q̃rta. aut q̃nta. ut verbi grã: ij. ad. iij. iij. ad. iij. iij. ad v. ⁊ ceteri. Multiplex ſupparticularis numer⁹ eſt qui dũ cõpar⁹ ad inferiorẽ ſibi numer⁹ fuerit. continet in ſe totũ inferiorẽ numer⁹ multiplicit cum aliq̃ parte ei⁹. ut ꝟbi gratia. v. ad. iij. dũ cõparati fuerint cõtinẽt in ſe bis bini. iij. ⁊ vnã partem ei⁹. Nouẽ ad. iij. dũ cõpari fuerint. cõtinẽt in ſe bis q̃terni. ⁊ vnam partẽ ei⁹. Submultiplex ſupperticularis numer⁹ ẽ q̃ dũ cõparaſ ad inferiorẽ ſibi numerũ fuerit. cõtinet eũ multiplicit cum alijs prib⁹ eius. ut verbi gratia. octo ad. iij. dum cõparati fuerint. q̃tinẽt i ſe bis terni. cũ alijs duabus partib⁹ ei⁹. xiij. ad. vj. dũ cõparati fuerint. cõtinẽt i ſe bis ſeni. cũ alijs duab⁹ partib⁹ ei⁹. xvj. ad. vij. dũ cõpari fuerint. cõtinẽt in ſe bis. viij. cũ alijs duab⁹ prib⁹ ei⁹. xxj. ad. ix dũ cõparati fuerint continent intra ſe bis nouẽ cũ alijs trib⁹ partib⁹ ei⁹. Submultiplex ſupparti onalis numer⁹ ẽ q̃ dũ ad fortiorẽ ſibi cõparaſ fuerit cõtinet ab eo multiplicit. cum aliquib⁹ prib⁹ ſuis. ut ꝟbi grã. iij. ad viij. continet bis cũ duab⁹ prib⁹ ſuis. iij. ad. xj. cõtinent bis cũ trib⁹ prib⁹ ſuis.

De tertia diuiſione totius numeri Cap. vii.

Umeri aut diſcreti ſũt. aut continuentes
n Iſte diuidit ſic. l. linealis. ij. ſuperficiosi iij. ſolidi. Diſcret⁹ numer⁹ ẽ. q̃ diſcretis monadibus continet. ut verbi grã. iij. iiij. v. vj. ⁊ reliq̃. Continẽs numer⁹ ẽ qui cõiũctis monadib⁹ continet. ut ꝟbi gratia: Ternari⁹ numer⁹ i magnitudine intelligit. id eſt linea. aut ſpaciũ. aut ſolidum dicit. Continens ſimilit. ut quaternari⁹ ⁊ quinari⁹ numeri. Linealis numer⁹ ẽ q̃ inchoans a monade linealiter deſcribitur ad infinitũ. Unde alpha ponit ꝑ ſignatione lineã. qm̃ hęc lrã vnũ ſignificat apud grecos. Superficialis numer⁹ ẽ q̃ nõ ſolũ longitudine. ⁊ latitudine cõtinet. ut trigon⁹ q̃drat⁹ q̃nquãgul⁹ uel circulares nume/



ri7 ceteri ꝙ semp̃ plano pede·id ē supficie ꝓtinēt.

Trigonus numerus est ita



Quadratus numerus ē ita



Quinquangulus ita



Circularis est ita
Qui dū similit multiplicat fuerit a se inchoās ad se cōuertit·ut ꝺbi grā
Quinquies quini vicies ꝙnquies ita





Solidus numer ē qui longitudine 7 altitudine continet ut sunt pyramides ꝙ i modū flāmę cōsurgūt ita



Cubus ut sunt tessere ita



Sphęrę ꝺb ē ęqlis vndiqꝫ rotūditas ita
Sphęric aūt numer ē ꝙ circulato numero multiplicat a se inchoat 7 i se cōuertit·ꝙnquies quini vicies ꝙnquies. Hic circul dū in seipso multiplicat fuerit facit sphęrā· id est ꝙnquies.cxxv.c.xxv. De differētia arithmeticę geometrię 7 musicę Cap̃.viii.



Nter arithmeticā aūt 7 geometriā 7 musicā ꝺ intēst ut media iuenias i arithmetica. Primo sic quęris. Cōiūgis extrema 7 diuidis 7 facis mediū· ut puta fac extrema esse vj.7.xij.simul iūgis.7 faciūt.xviij.partiris media 7 facis.ix.qꝺ ē analogicū arithmeticę.7 medi ꝙt monadib supat primū·bis supet ab extremo.superant eni.ix.vj.trib monadib·bis supat a.xij. Scōm geometriā ꝺo ita quęris. Extrema multiplicata tantū faciūt quātū 7 media multiplicata ut puta.vj.7.xij.multiplicata facient septuagies dipondi.media.viij.7.ix. multiplicata tantūdē faciūt. Scōm musicā ita. Qua pte supat medius primū·ea dē pte supat medi ab extremo· ut puta vj.7.viij.duab prib supant·quę due ptes tertia media.viij.supat ab vltia·nona uł decima secūda

Arithmetica medietas
vj. viij. xij.
Musica medietas
v. viij. xj.
Geometrica medietas.
vj. viij. ix. xij.

Q numeri infiniti existunt Cap̃.ix.

Umeros aūt infinitos ē certissimū est. qm̃ in ꝙcūqꝫ numero finē faciēdū puta/ueris·id ē ipse nō dico vno addito augeri·ꝫ quāliber ingentē multitudiuē cōtinēs· i ipsa rōne atqꝫ sciētia numeroꝝ nō solū duplicari.vel etiā multiplicari pōt. Ita ꝺo suis ꝙsqꝫ numerus ꝓprietatib terminat.ut nullꝰ eoꝝ par esse cuicūqꝫ alteri possit. Ergo 7 dispares inter se atqꝫ diuersi sūt.7 singuli quiqꝫ finiti sūt 7 oēs infiniti sūt.

Quid sit geometria.7 de inuentoribus 7 vocabulo eius Cap̃.x.

Eometrię disciplina primū ab ęgyptijs repta dicit·qꝫ iundāte nilo 7 oib possessionib ei limo obductis initiū ęrę diuidendę p lineas 7 mēsuras nomē arti dedit. Quę deinde longi acumine sapiētiū ꝓducta.7 maris 7 cęli.7 aeris spacia metiūt. Nā puocati studiosi cęperūt post ęrę dimensionē 7 cęli spacia quęrere· quāto intuallo luna a terris·a luna sol ipse distaret.7 vsqꝫ ad verticē cęli quāta se mēsura distēderet·sicqꝫ intualla ipsa cęli·orbisqꝫ ambitū p numerū stadioꝝ rōne,pbabili distinxerūt. Hz q ex ęrę dimēsione hęc disciplina cępit·ex initio sui 7 nomē seruauit. Nā geometria de terra 7 de mēsura nūcupata ē. Terra eni greece ΓΗ vocat. μέτρον mēsura. Hui disciplinę ars cōtinet in se liniamēta intualla·magnitudines 7 figuras.7 in figuris dimensiones 7 numeros.

De quadripartita diuisiōe geometrię Cap̃.xi.

Eometrię ꝙdripartita diuisio ē· i planū in magnitudinē numerabilē·in magnitudinem rationalem 7 figuras solidas.

Planę figurę sūt quę longitudine 7 latitudine cōtinent quę sūt iurta platonē numero ꝙnqꝫ. Numerabilis magnitudo ē quę numeris arithmeticę diuidi pōt. Magnitudines rōnales sūt ꝙrū mensurā scire possum. Irrationales ꝺo quarum mensurę quātitas cognita nō habetur.

De figuris geometrię Cap̃.xii.

Figurę solidę sūt quę lōgitudine 7 latitudine 7 altitudine cōtinent·ut ē cub.cui species ꝙnqꝫ i plano. Quarū prima plano pede circulus ē·figura plana ita que vocat circūducta.cui i medio pūct ē ꝙ cūcta cōuertūt·qꝺ centrū geometrici vocāt.latini punctū circuli nūcupāt.



plano pede ita
Quadrilatera figura ē in plano quadrata: quę sub quattuor rectis lineis iacet ita



Dianatheton grammaton figura plana ita



Orthogoniū id ē recti angulū·figura plana in plano pede. Est eni triangulū 7 habet angulū rectum ita



Isopleros figura plana recta 7 subtiliter constituta in solidum ita



Sphęra ē figura i rotūdū formata ita



partrib cūcris equalibus in solidū
Cubus est figura ꝓpria solida·quę longitudine 7 latitudine 7 altitudine continet in solidum ita



Cylindrus est figura quadrata habens superius semicirculū in solidum ita



Conon figura quę ab amplo in angustum finit sicut orthogonium ita



Pyramis est figura quę in modū ignis ab amplo in acumen consurgit ita Ignis enī apud greços pyrin appellat.



Sicut aūt infra. x. oīs est numerus. ita infra hunc circulū omniū figurarū cō cluditur ambitus.



Prima aūt figura huī artis pūctus ē. cuius pars nulla ē. Secūda ē linea pręt latitudinē lōgitudo Recta linea ē que er equo ī suis pūctis iacet. Superficies vo qō lōgitudines ⁊ latitudines solas habet. Superficiei vo fines lineę sūt. Quorū formę ideo ī superioribus. x. figuris positę nō sunt. quia intra eas inueniuntur.

De numeris ꝑm geometriam quęrendis Cap. xiii.

Umeros aūtē ꝑm geometriā ita queris.

n Extrema quippe eī multiplicata tātū facīūt quātum ⁊ media duplicata. utputa vj. ⁊. xij. multiplicata faciūt septuagies diponḋ media. viij. ⁊. ix. multiplicata tantūdē faciūt.

De musica ⁊ eius nomine Cap. xiiii.

Usica ē peritia modulationis sono cantuq; ꝓsistēs. ⁊ dicta musica ꝑ deriuationē

m a musis. Muse aūt appellatę ἀπὸ τοῦ μωσθαι id ē a quęrēdo. q; ꝑ eas sicut antiqui volucrūt. vis carminū ⁊ vocis modulatio quęreret. Quaq; son⁹ q: sensibilis res ē. ⁊ pręterfluit ī pręteritū tēp⁹ imprimiturq; memorię. Inde a poetis iouis ⁊ memorię filias. musas esse cōfictū ē. Nisi enī ab homine memoria teneātur soni pereūt. q: scribi non possunt.

De inuentoribus eius Cap. xv.

Oyses dicit repertorē musicę artis fuisse

m tubal. qui fuit de stirpe cain ante diluuiū Greci vo pythagorā dicūt huius artis inuenisse ꝓmordia. ex malleoq; sonitu ⁊ cordaq; ex tensione pcussa. Alīj linū rhebcū ⁊ cetū ⁊ amphion ī musica arte ꝓmos claruisse ferūt. Post quos paulatim directa est pręcipue hec disciplina. ⁊ aucta multis modis. eratq; tā turpe musicā nescire q; lras. Inęponebat aūt nō mō sacris. ꝫ ⁊ oīb⁹ solēnib⁹ oībusq; lęris uel tristioribus rebus. Ut enī in veneratiōe diuina hymni. ita ī nuptijs hymenęi ⁊ ī funerib⁹ threni. ⁊ lamēta ad tibias canebantur. In cōuiuijs vo lyra ⁊ cithara circūferebaī ⁊ accubātib⁹ singulis ordinabaī cōuiuiale genus cāticoq;. Quid possit musica Cap. xvi.

Laq; sine musica nulla disciplina pōt ee

i pfecta. Nihil enī est sine illa. Nā ⁊ ipse mund⁹ quadā armonia sonoq; fert ee cōpositus. ⁊ cęlū ipsū sub armonię modulatiōe revolui. Musica mouet affect⁹. puocat in diuersū habitū sens⁹. In pęlijs ꝫ tubę cōcent⁹ pugnātes accēdit. ⁊ quāto vehementio: fuerit clāgo:. tanto fit ad certamē anim⁹ fortio:. Siquidē ⁊ remiges cant⁹ hortaī ad tolerādos ꝫ labores musica animū mulcet. ⁊ singuloq; operū fatigationē modulatio vocis solaī. Excitatos ꝫ aios musica sedat. sicut de dauid legiī qui a spū imūdo saulem arte modulationis eripuit. Ipsas ꝫ bestias necnō ⁊ serpentes volucres atq; delphinos. ad auditū suę modulatiōis musica puocat. Sed ⁊ ḋcq̄d loquimur uel intrinsecus venaq; pulsib⁹ cōmouemur. ꝑ musicos rithmos. armonię ꝟtutibus ꝓbatur esse sociatum.

De trib⁹ partib⁹ musicę Cap. xvii.

Usicę ptes sūt tres. id ē armonica. rithm mica. metrica. Armonica ē quę decernit in sonis acutū ⁊ grauē. Rithmica ē quę requirit incursionē ꝟboq; vtq; bene sonus an male cobereat. Metrica ē quę mensurā diuersoq; metroq; ꝓbabili rōne cognoscit. ut ꝟbi grā. heroicum. iambicū. elegiacū. ⁊ cętera.

De triformi musicę diuisione Cap. xviii.

Doēm aūt sonū qui materies cantilenaq;

a est. triformē constat esse naturā. Prima ē armonica quę ex vocū cantib⁹ cōstat. secunda organica quę ex flatu consistit. tertia rithmica quę impulsu digitorū numeros recipit. Nā aut voce editī sonus. sicut ꝑ fauces. aut flatu. sicut ꝑ tubā uel tibiā. aut impulsu. sicut ꝑ citharā. aut ꝑ quodliber aliud quod ꝓcutiendo canoq; est.

De prima diuisione musicę quę armonica dicīt Cap. xix.

Rima diuisio musicę quę armonica di-

p cīt. id est modulatio vocis ꝓtinet ad comędos tragędos uel choros. uī ad oēs q; voce ꝓpria canūt. Hęc ex animo ⁊ corpe motū facit. ⁊ ex motu sonū. ex q; colligīt musica quę in homine vox appellat. Vox ē aer spū verberat⁹. vnde ⁊ ꝟba sūt nūcupata. Proprie aūt vox hoiuq; ē seu irrōnabiliū animātū. Nam ī alijs abusiue non ꝓprie sonum vocē vocari. ut vox tubę infremuit fractaq; littore voces. Nam ꝓpriū est ut littorei sonent scopuli. ⁊ at tuba terribilē sonitū ꝓcul ęre canoro. Armonica ē modulatio vocis ⁊ concordantia plurimoq; sonoū uel coaptatio. Symphonia est modulatiōis rēperamentū ex graui ⁊ acuto concordantibus sonis. siue in voce siue in flatu siue in pulsu. Per hāc q; ꝑpe voces acutiores grauioresq; ꝓcordāt. ita ut ḋsq; ab ea dissonuerit sensū auditoris offendat. Cui⁹ ꝓtraria ē diaphonia id ē voces discrepātes uel dissonę. Euphonia ē suauitas vocis. Hęc ⁊ melos a suauitate ⁊ melle dicta. Diastema ē vocis spaciū. ex duob⁹ ul plurib⁹ sonis aptarū. Diesis ē spacia quedā ⁊ deductiōes modulandi. atq; vergentes de vno ī alterū sonū.

Tonus ē acuta enūciatio vocis. Est enī armonię differētiaꝝ quātitas quę ī vocis accētu uel tenore cōsistit. cuī genera ī. xv. partib⁹ musici diuiserūt ex quib⁹ p̄m⁹ hyperlidius. nouissim⁹ ꝛ acutissim⁹ hypodorius. oīuꝝ grauissim⁹. Cantus ē inflexio vocis. Nā son⁹ directus ē. pręcedit aūt son⁹ cātū. Arsis ē vocis eleuatio. b ē initiū. Thesis vocis positio. hoc ē finis. Suaues voces sūt. subtiles ꝛ spissę. clarę atq; acutę. Perspicuę voces sunt. quę lōgius ꝓtrahūtur ita ut oēm ipleāt cōtinuo locū sicut clangor tubaꝝ. Subtiles voces sūt quibus nō ē spūs. ꝙlis ē infantiū uel mulier⁹ uel egrotantiū. sicut ī neruis. Quę enī subtilissimę cordę sūt. subtiles ac tenues voces emittūt. Pingues sunt voces qñ spūs multus simul egredit. sicut virorꝝ. Acuta vox ē tenuis alta. sicut in cordis videm⁹. Dura vox ē quę violēt emittit sonos. sic trouitruū sicut incudis son⁹. quoties in durū malle⁹ pcutit ferrū. Aspera vox ē rauca ꝛ quę dispgit p minutos ꝛ ī dissimiles pulsus. Lęca vox ē quę mox ut emissa fuerit cōticescit. atq; suffocara nequaq̄ longius ꝓducit. sicut est in ficrilibus. Uinnola vox est mollis atq; flexibilis. ꝛ vinnola dicta a vinno hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox ē alta suauis ꝛ clara. Alta ut in sublimi sufficiat. clara ut aures ipleat. suauis ut animos audientiū blandiat. Si ex his aliq̄d defuerit. vox perfecta non erit.

De secūda diuisiōe quę organica dicit Cap. xx.

Ecūda diuisio organica ē. in his quę spū
f reflante cōpleta. in sonū vocis animant. ut sīt tubę. calami. fistulę. organa. pādoria ꝛ his similia instrumēta. Organū vocabulū est generale vasoꝝ oīuꝝ musicoꝝ. Hoc aūt cui folles adhibent. alio gręci noīe appellant. Ut autem organū dicat. magis ea vulgaris ē gręcorū cōsuetudo. Tuba p̄mū a tyrrhenis inuenta. de quib⁹ Uirgili⁹: Tyrrhenusq; tubę mugire per ęthera clangor. Ad hibebat aūt nō solū in prelijs. ꝫ ī oīb⁹ festis diēb⁹ ꝓpē laudis uel gaudij claritatem Unde ꝛ in psalterio dicit: Canite in initio mensis tuba ī die īsigni solēnitatis vestrę. Preceptū enī fuerat iudeis ut in initio nouę lunę tuba clangerēt. qđ etiam bucusq; faciūt. Tibias excogitatas in phrygia ferūt. Was quidē diu funerib⁹ tm̄ adhibitas. mox ꝛ sacris gentiliū. Tibias aūt appellatas putāt q̄ primū de cerui nis tibijs cruribusq; binnuloꝝ fierēt. deinde p abusionē ita cęptas vocari etiā quę nō de crurib⁹ ossibusq; essent. Hinc ꝛ tibicen ąsi tibiaꝝ cant⁹. Calam⁹ nomē ē ꝓpriū arboris a calēdo. id ē fundēdo voces vocat⁹. Fistulā quidā putāt a mercurio inuētā. alij a fauno. quē greci vocāt pana. Nōnulli eā ab idi pastore agrigentino ex sicilia. Fistula aūt dicta q̄ vocem emittat. Nā grēce fos vor. σταλισα missa appellat. Bābuca in musicis spēs ē symphoniarū. Est enī gen⁹ ligni fragilis. vnde ꝛ tibię cōponūt. Pandor⁹ ab inuentore vocat⁹. de q̄ Uirgili⁹: Pan primꝰ calamos cęra cōiūgere plures instituit. pan curat oues. ouiūq; magistros. Fuit enī apud gentiles deus pastoralis. qui primus dispares calamos ad cantū aptauit ꝛ studiosa arte composuit.

De tertia diuisione quę rithmica nuncupatur Cap. xxi.

Ertia ē diuisio rithmica prinens ad ner
t uos ꝛ pulsus. cui dant species citharariū diuersariū. Tympanū q̄ cymbalū sistrū acitabula ęnea ꝛ argentea. uel alia quę metallico rigore pcussa reddūt cū suauitate tinnitū ꝛ cętera huiuscemodi. Citharę ac psalterij repto: rubal ut prędictū ē phibet. Jurta opinionē aūt grecorum citharę vsus reptus fuisse ab apolline credit. Forma citharę ītio similis fuisse tradit pectori humano. quo veluti vox e pectore. ita ex ipsa cant⁹ ederetur. appellarāq; eadē de causa. Nā pect⁹ dorica lingua citharа vocat. Paulatim autē plures eius species extiterūt. ut psalteria. lirę. barbitę. phęnices. ꝛ pectides ꝛ quę dicunt indicę ꝛ feriūt a duobus simul. Jtem alię atq; alię ꝛ quadrata forma ut trigonali. cordaꝝ etiā numer⁹ multiplicat⁹ ē ꝛ cōmutatū gen⁹. Ueteres aūt citharā fidiculā uel fidicē noiauerūt. q: tā cōcinūt inter se cordę eius q̄ bene cōueniūt inę quos fides sit. Antiqua aūt citharа. vij. cordis erat. vnde ꝛ Uirgilius: Septē discrimina vocū. Discrimina aūt ideo. q̄ nulla corda vicinę cordę similem sonū reddat. ꝫ ideo septē cordę. uel quia torā vocē implent. uel q: septē motib⁹ sonat cęlū. Cordas autē dictas a corde. q: sicut pulsus est cordis in pectore. ita pulsus cordę in citharа. Was primꝰ mercurius excogitauit. ideoq; prior in neruos sonū strinxit. Psalteriū qđ vulgo canticum dicit. a psallēdo noiatū. q̄ ad ei⁹ vocē chor⁹ cōsonādo respōdeat. Est aūt simili tudo citharę barbaricę i modū Δ delę litterę. sed psalterij ꝛ citharę hęc differētia ē. q̄ psalteriū lignū illud concauū vnde son⁹ reddit supi⁹ habet. ꝛ deorsū feriunt cordę ꝛ desup sonant. Citharа ꝙo ecōtra concauitatē ligni inferi⁹ habet. Psalterio autē hebręi decacordon vsi sunt. ꝓpter numeꝝ decalogum legis. Lira dicta apo tu lirin. id est a varietate vocū. q̄ diuersos sonos efficiat. Liram primū a mercurio inuētā fuisse dicūt. hoc mō. Cū regrediens nilus in suos meat⁹. varia in cāpis reliquisset animalia. relicta etiā testudo est: quę cū putrefacta eēt. ꝛ nerui ei⁹ remansissent. extenti intra corpus pcussa a mercurio sonitū dedit. Ad cui⁹ speciē mercuri⁹ lirā fecit. ꝛ orpheo tradidit q̄ eius rei maxime erat studiosus. Unde ꝛ estimat eadem arte nō feras tm̄. sed ꝛ saxa atq; siluas. cant⁹ modulatiōe applicuisse. Hāc musici ꝓpter studij amorē ꝛ carminis laudē. etiā inter sidera suaꝝ fabulaꝝ cō mēt collocatā eē finxerūt. Tympanū ē pellis uel corpus ligno ex vna pte extentū. Est enī pars media symphonię. i silitudinē cribri. Tympanū aūt dictū qđ mediū ē. Un̄ ꝛ margaritū mediū tympanū dicit. ꝛ ipsū ut symphonia. ad virgulā pcutit.

Cymbala ⁊ acitabula quędā sunt quę pcussa inuicē se rāgūt ⁊ sonū faciūt. Dicta aūt cymbala quia cū ballematia simul pcutiunt. Ita enī gręci dicūt cymbala ballematia. Sistrū ab iuētrice vocatū. Isis enī regina ęgyptioꝝ id genꝰ inuenisse pbatur. Juuenalis: Isis ⁊ iraro feriat mea lumina sistro Inde ⁊ hoc mulieres pcutiūt quia iuētrix huꝰ generis mulier extitit. Uñ ⁊ apud amaçonas sistro ad bellū feminarū exercitꝰ vocabat. Tinnabulū de sono vocis nomē habet sicut ⁊ plausus manuū strido: valuaꝝ. Symphonia vulgo appellatur lignū cauū ex vtraq; pte pelle extēta quā virgulis binc ⁊ inde musici feriūt. Fitq; in ea ex cōcordia grauis ⁊ acuti suauissimꝰ cantus.

De musicis numeris Laꝑ.xxii.

n Umeros aūt ꝑm musicā ita quęris. Positis extremis utputa vi.⁊ decies dipondius videꝫ q̄t monadibꝰ supet̄ vi.a.xij.⁊ ē.vi.monadibꝰ ducis p q̄dratū series seni faciūt xxxvi. Cōiūgis extrema illa ꝑma.vi.ad.xij.fit efficiūt.xviij. Partiris tricies series p decies octo efficit dipōdi. Hos iūgis cū sūma minore id ē series erūt.viij.⁊ erit mediū inter.vi.⁊.xij. Quaꝝpter octo supant sex duabꝰ monadibꝰ id ē tertia de series.⁊ supant.viij.a.xij.iij.monadibꝰ tertia portione. Qua parte q̄ supat eadē supat. Sz hęc rō quemadmodum in mūdo est ex volubilitate circuloꝝ ita ⁊ in microcosmo intātū pręter vocē valet ut sine ipsiꝰ pfectiōe etiā hō symphonijs carēs nō cōstet: eiusdē musicę pfectione etiā metra cōsistūt in arsi ⁊ thesi id ē eleuatione ⁊ positione.

De astronomia Laꝑ.xxiii.

a Stronomia est astroꝝ lex quę cursus siderū ⁊ figuras ⁊ habitudines stellaꝝ circa se ⁊ circa tr̄ā indagabili rōne pcurrit.

De inuentoꝝ eius Laꝑ.xxiiii.

a Stronomiam primi ęgyptij inuenerunt Astrologiā vo ⁊ natiuitatis obseruantiā chaldei primi docuerūt. Abrahā aūt instituisse ęgyptios astrologiam iosephus auctor asseuerat. Bręci aūt dicūt hāc artem ab athlante prius excogitatā ideoq; dictꝰ ē sustinuisse cęlum. Quisq; ār ille fuit motu celi ⁊ rōne animi excitatus p tēpoꝝ vices p astroꝝ ratos diffinitosq; cursus p intualloꝝ spacia moderata cōsiderauit dimēsiōes quasdā ⁊ numeros quę diffiniendo ac secernēdo in ordinē nectens astrologiā reꝑerit.

De scriptoribus astronomię Laꝑ.xxv.

i Nutraq; aurē lingua diuersoꝝ quidem sūt de astronomia scripta volumina inter q̄s tū ptolemeꝰ rex alexandrie apud grę/cos habet pręcipuꝰ. hic etiam ⁊ canones instituit q̄bus cursus astroꝝ inuenat.

De differēcia astronomię ⁊ astrologię. Laꝑ.xxvi.

r ab insula rhodo cognominatę·i qua an/
tiquitus mercatorū vsus fuit.

De priuilegijs Cap.xviii.

Riuilegia autē sunt leges priuatorū·q̄si
p priuatę leges. Nam priuilegiū inde di/
ctum q̄ in priuato ferat.

Quid possit lex Cap.xix.

Mnis autē lex·aut pmittit aliquid·ut
o vir fortis petat prędiū·aut vetat·ut sa/
crarū virginū nuptias nulli petere lice/
at·aut punit·ut q̄ eędem fecerit capite plectat. ei⁹
enī prędio aut pęna vita moderat humana.

Quare lex facta sit Cap.xx.

Actę sunt aūt leges ut earū metu huma/
f na coerceat audacia·tutaq̄ sit inter im/
probos innocentia. ⁊ in ipsis improbis
formidato supplicio·refrenet nocendi facultas.

Qualis debeat fieri lex Cap.xxi.

Rit aūt lex honesta iusta possibilis·ꝑm
c naturā·ꝑm patrię consuetudinem·loco
temporiq̄ conueniens·necessaria·vtilis·
manifesta q̄·ne aliquid p obscuritatē in captiōe
contineat·nullo priuato comodo·sed p cōmuni ci/
uium vtilitate conscripta.

De causis Cap.xxii.

Ragma grecū est·qđ latine causa dicit.
p vnde ⁊ pragmatica negocia dicuntur. ⁊
actor causarū ⁊ negociorū pragmaticus
nuncupatur.

De testibus Cap.xxiii.

Estes sunt a quibus queritur veritas in
t iudicio. Quos quisq̄ ante iudiciū sibi
placitis alligat·ne cui fit postea liberum
aut dissimulare aut subtrahere se·vnde ⁊ alliga/
ti appellant. Itē testes dicti·q̄ testamento adhi/
beri solent·sicut signatores q̄ testamentū signāt.

De instrumentis legalibus Cap.xxiiii.

Oluntas est generale nomen omniū le/
v galiū instrumētor·quę q: nō vi sed volū/
tate ꝓcedit·ideo tale nomē accepit. Te/
stamentū vocatū·q: nisi testator mortuus fuerit.
nec confirmari potest nec sciri q̄d in eo scriptum
sit·q: clausum ⁊ obsignatum est. ⁊ inde dictū te/
stamentū·q: non valet nisi post testatoris monu/
mentū. vnde ⁊ aplus: Testamētū inquit i mor/
tuis confirmat. Testamentum sane in scripturis
sanctis nō hoc solū dicit qđ nō valet nisi testa/
toribus mortuis·sed omne pactū ⁊ placitum testa/
mentū vocabant. Nā laban ⁊ iacob testamentū
fecerūt·qđ vtiq̄ etiam inter viuos valeret. Et in
psalmis legit. Ā duersus te testamentū dispo/suē
runt·hoc est pactū. ⁊ innumerabilia talia. Labu/
le testamenti inde appellate sunt·q: ante charte
⁊ membranarū vsum·in dolatis tabulis nō solū
testamenta sed etiā epistolas alloquia scribebant.
Unde ⁊ portitores carū tabellarij vocabāt. Te/
stamentū iuris ciuilis est·quinq̄ testium signis
subscriptiōe firmatū. Testamētū iuris prętorij ē
septē testiū signis firmatū. sed illud apud ciues fit·
inde ciuile. illud apud prętores·inde iuris prę/
torij. Testamentū aūt signare·notare est·id ē ut
notū sit qđ scriptū est. Holographū testamētū ē
manu auctoris totū conscriptū·atq̄ subscriptū.
vnde ⁊ nomē accepit. Greci enī holon totū·gra/
phin litterā dicūt. Irritū testamētū est·si is qui
testatus ē·capite diminutus est·aut si nō rite fa/
ctū sit. Inofficiosum testamentū ē·qđ frustra li/
beris exhęredatis sine officio naturalis pietatę i
extraneas psonas redactū est. Ruptū testamen/
tū inde vocatū·eo q̄ nascente posthumo·neq̄ ex
hęredato nominatim·neq̄ hęrede instituto dis/
rumpit. Suppressum testamentū est·qđ i fraude
hęredū uel legatarioꝝ seu libertor·nō ē palā pro/
latū. qđ si nō latet·tū si ꝓdictis psonis nō ꝓferat·
suppressi tū videt. Mūcupatio est·quā in tabulis
ęriscq̄ testator recitat·dicens: Hęc ut in tabulis
his ęriscq̄ scripta sūt·ita dico·ita lego·itaq̄ vos
ciues romani mihi testimoniū phibete. ⁊ hoc di/
cit nuncupatio. Nuncupare enī est i palā nomi/
nare ⁊ confirmare. Jus liberor est coniugū sine
liberis·inuicē ꝓ loco pignor hęreditatis alterna
conscriptio. Codicellū ut veteres aiūt sine dubio
ab auctore dictū·qui hoc scripturę gen⁹ instituit.

Est aũt scriptura nulla indigẽs solẽnitate verboꝝ ꝫ sola testatoris volũtate qualicũqꝫ scripturę significatione expressa. Cui⁹ beneficio volũtatibus defunctoꝝ cõstat esse subuentũ ꝓpter legaliũ verboꝝ difficultatẽ aut certe ꝓpter necessitatẽ adhibendoꝝ solenniũ ita ut qui scribit titulum eiusdẽ scripturę codicillũ vocet. Sicut aũt codicillus fit vice testamẽti ita epla vice codicillorũ. Cretio ẽ certus dieꝝ numerus in quo institutus hęres aut adit hęreditatẽ aut finito tẽpore crerionis excludit nec liberum illi est vltra capiẽdę hereditatis. Cretio appellata est quasi decretio id est decernere uel constituere ut puta ille heres mihi esto addiqꝫ cernitoqꝫ infra dies tot. Adeũdarũ aũt hęreditatũ centesim⁹ statutus erat dies quibus nõ est cretio addita. Fideicõmissum dicrũ ut fiat qõ a defuncto cõmittit. Mã fides dicta eo ꝙ fiat. qõ tñ nõ directis verbis ꝫ pcatiuis exposcit. Pactũ dicit inter ptes ex pace cõueniẽs scriptura legib⁹ ac moꝛib⁹ compꝛobata. ⁊ dictum est pactũ quasi ex pace factũ ab eo ꝙ ẽ pango. vñ ⁊ pepigit fędus. Placitũ ꝫ similiter ab eo ꝙ placeat. Alij dicũt pactũ esse qõ volens quisqꝫ facit placitũ ꝯo etiã nolens compellit. veluti qñ qsqꝫ paratus sit in iudicio ad respondendũ qõ nemo potest dicere pactũ ꝫ placitũ. Mandatũ dictũ ꝙ olim in cõmisso negocio alter alteri manũ dabat. Ratum ꝯo quasi rationabile ⁊ rectũ vnde ⁊ qui pollicẽt dicit ratũ me esse ꝓfiteoꝛ hoc ẽ firmum atqꝫ ꝑpetuum. rite aũtẽ esse non recte ꝫ ex moꝛe. Chirographũ cautio uel cõscriptio duarũ instar charꝛaꝝ grẽce enĩ manu scriptũ dicit cautio. Emptio ⁊ venditio est rerũ cõmutatio atqꝫ contractus ex conuentiõia veniẽs. Emptio aũtẽ dicta ꝙ a me tibi fit. venditio quasi venũdatio. id est a nũdinis. Donatio est cuiuslibet rei translatio. Dictũ aũtẽ dicunt donationem quasi doni actionẽ. ⁊ dotẽ quasi do itẽ. Pꝛecedẽte enĩ in nuptijs donatiõe dos sequit. Nam antiquus nuptiarũ erat ritus q̃ se marit⁹ ⁊ vxoꝛ inuicẽ emebant ne videret vxoꝛ ancilla sicut habem⁹ in iure. Indẽ est ꝙ pꝛecedẽte donatiõe viri sequit dos vxoꝛis. Donatio vsufructuaria ideo dicit qꝛ donatoꝛ ex ea vsũfructum adhuc retinet. Cuaro cui donatũ est iure. Donatio directa ideo nuncupat qꝛ ⁊ iure ⁊ vsu statim transit in alterũ nec vltra aliquid inde ad ius donatoꝛis retoꝛquet. Conditiones ꝓpie testiũ sunt. ⁊ dictę conditiones a cõdicendo quasi condictiones qꝛ nõ ibi testis vnus iurat ꝫ uel duo uel plures. Nõ enĩ in vn⁹ oꝛe sed in duoꝝ aut triũ testiũ stat omne verbũ. Itẽ conditiones ꝙ inter se conueniat sermo testiũ quasi condictiones. Stipulatio est ꝓmissio uel sponsio vnde ⁊ ꝓmissoꝛes stipulatoꝛes vocant. Dicta autẽ stipulatio a stipula. Uetꝛes enĩ qñ sibi aliquid ꝓmittebant stipulã tenentes frangebãt quã iterum iungẽtes sponsiones suas agnoscebant siue ꝙ stipulũ iuxta Paulũ iuridicũ firmum appellauere. Sacramentũ est pignus sponsionis vocatũ autẽ sacramentũ quia violare qõ quisqꝫ ꝓmittit pfidię est.

De rebus Cap. xxv.

b Ꝛeditas ẽ res quę moꝛte alicui⁹ ad quẽpiam peruenit uel legato testamẽto uel possessione retenta. Dicta autẽ hęreditas a rebus aditis siue ab ęre qꝛ qui possidet agrũ ⁊ censum soluit. inde ⁊ res. Res sũt quę in nostro iure consistunt. Jura aũt sunt quę a nobis iuste possidentur nec aliena sunt. Dicta aũt res a recte habẽdo. ius a iuste possidẽdo. Hoc enĩ iure possidet quod recte hoc recte qõ bene. Qõ autẽ male possidet alienũ est. Male autẽ possidet qui uel suis male vtit uel aliena pꝛesumit. Possidet autẽ iuste qui nõ irretit cupiditate. Qui aũt cupiditate tenet. possessus est nõ possesoꝛ. Bona sunt honestoꝝ seu nobiliũ quę pinde bona dicunt ut nõ habeãt turpẽ vsum ꝫ ea homines ad res bonas vtantur Peculiũ ꝓpie minoꝝ est ꝓsonarũ siue seruoꝝ. Mã peculiũ ẽ qõ pater uel domin⁹ filiũ suum uel seruum ꝑ suo iure tractare patit. Peculiũ autem a pecudib⁹ dictũ in quib⁹ veterum constabat vniuersa substantia. Bonoꝝ possessio est ius possessionis certo oꝛdine certoqꝫ titulo acquisita. Intestata hęreditas est quę testamento scripta non est aut si scripta sit iure tamẽ nequaqꝫ est edita. Caduca inde dicunt qꝛ eius hęredes ceciderunt. Familię herciscũdę ẽ diuisio hęreditatis inter hęredes. Herciscũdę enĩ apud veteres diuisio nũcupat Cõmuni diuidẽdo est int eos quib⁹ cõmunis res est quę actio iubet postulantib⁹ his arbitrũ dari. cui⁹ arbitratu res diuidant. Finiũ regũdoꝝ actio dicta eo ꝙ ꝑ eã regant fines vtriqꝫ ne dissipentur dũmodo nõ angustioꝛe quinqꝫ pedũ loco ea controuersia sit. Locatio ẽ res ad vsum data cũ diffinitione mercedis. Cõductio est res in vsum accepta cũ constituta mercede. Res credita est quę in obligationẽ ita deducta est ut ex tẽpoꝛe q̃ contrahebat certũ sit eã deferre. Usura est incrementum fenoꝛis ab vsu ęris crediti nũcupata. Comodum est id qõ nostri iuris est. ⁊ ad alios tẽpoꝛalit translatũ est cũ modo temporis q̃diu apud eũ sit. vnde ⁊ comodũ dictũ est. Pꝛecariũ est dum pꝛece creditoꝛ rogatus ꝓmittit debitoꝛẽ in possessione fundi sibi obligati demoꝛari. ⁊ ex eo fruct⁹ capere. Et dictũ pꝛecariũ qꝛ pꝛece audit quasi pꝛecadiũ r ꝓ o littera cõmutata. Mutuũ appellatum est qꝛ id qõ a me tibi dat ex meo tuũ fit. Depositum est pignus cõmendatũ ad temp⁹ quasi diu positum. Deponere autẽ quis videt cũ aliquid metu furti incendij naufragij apud aliũ custodię causa deponit. Interest aũt in loquẽdi vsu inter pignus ⁊ arrã. Mã pignus ẽ qõ dat ꝓpter rem creditã quę dũ reddit statim pignus aufert. Arra ꝯo est quę pꝛimum ꝑ re bonefidei contractu empta ex parte dat. ⁊ postea complet. Est enĩ arra cõplenda. non auferẽda. vñ qui habet arrã non reddit siẽ pign⁹

sed deſiderat plenitudinem. ⁊ dicta arra. a re p̄o qua tradit. Item inter pignus ⁊ fiduciā ⁊ hypothecam. hoc intereſt. Pignus enī eſt qō p̄pter rem editā obligat. cū rei poſſeſſionē ſolam ad temp⁹ conſequit creditor. cęterū dominiū penes debitorē eſt. Fiducia eſt. cum res aliq̄ ſumendę mutuę pecunię gr̄a uel mancipat uel in iure cedit. Hypotheca eſt. cū res aliq̄ comodat. ſine depoſitione pecunię uel pignoris. pacto uel cautiōe ſola interueniente. Momentū dictū a tēporis breuitate ut tam cito q̄ ſtatim ſaluo negocio reformet. nec in vllā morā. pduci debeat qō repetit. ſicut nec vllū ſpaciū eſt mometi. cui⁹ tam breuis ē tp̄is punctus ut in aliquā moram nullo modo pducat. Inſtrumentū eſt vnde aliq̄d cōſtruim⁹. ut cultr⁹. calam⁹. aſcia. Inſtructū. qō p̄ inſtrumentū efficit. ut baculus. codex. tabula. Uſus q̄ in re inſtructa vtimur. ut in baculo inniti. in codice legere. in tabula ludere. hȝ ⁊ ipſe fruct⁹ agror̄ q: eo vtimur vſus vocat. Hęc ſunt illa tria. Uſusfructus aūt vocat q: ſolo vſu habet ei⁹ fruct⁹. manēte apud aliū iure. Uſucapio ē ademptio dominij. p cōtinuationē iuſtę poſſeſſionis uel biennij aut alicuius temporis. Mancipatio dicta eſt. q: manu res capit. Unde oportet eū q̄ mancipiū accipit. cōprehēdere idipſum qō de mancipio dat. Ceſſio eſt p̄pię rei cōceſſio. ſicut ē illud. cedo iure p̄pinquitat. Cedere enī dicim⁹ quaſi cōcedere. i. quę p̄pria ſūt. Nā ſi aliena reſtituim⁹. nō cedim⁹. Nā cedere p̄pie dicit. q̄ contra veritatē alteri conſentit. ut Cicero Ceſſit inquit amplissimi viri auctoritati uel potius paruit. Interdictū ē qō a iudice nō in ppetuū hȝ. p reformādo mometo ad temp⁹. interim dicit. ſalua p̄poſitione actionis ei⁹. Preciū vocatum eo q p̄ illud dam⁹. ut p ei⁹ vice. rem quā appetimus poſſidere debeam⁹. Cōmertiū dictū a mercibus. quo noie res venales appellamus. Unde ⁊ mercat⁹ dicit cętus multor̄ hoiu. qui res vēdere uel emere ſolēt. Integri reſtitutio eſt cauſę uel rei reparatio. Cauſa redintegrat. quę vi poteſtat. expleta nō ē. Res redintegrat. quę vi poteſtat. ablata atq̄ extorta eſt.

De criminib⁹ in lege cōſtitutis Cap̄.xxvi.

c Crimen a carēdo nomen habet ut furtū. falſitas ⁊ cętera quę nō occidūt. hȝ infamant. Facin⁹ dictū a faciēdo malū quod noceat alteri. Flagitiū. a flagirando corruptela libidinis q̄ noceat ſibi. Hęc ſūt duo genera oiu⁹ peccator̄. Uis eſt vir⁹ poteſtatis. p quā cauſa ſiue res uel aufertur uel extorq̄et. Uis priuata eſt ſi quiſq̄ ante iudiciū armatis hominibus quēq̄ a ſuo dęiecerit uel expugnauerit. Uis publica eſt ſi quis ciuem ante populum uel iudicē uel regem appellantē necauerit. aut torſerit. ſiue verberauerit. uel vinxerit. Dolus ē mentis calliditas. ab eo q̄ deludat. Aliud enī agit. ⁊ aliud ſimulat. Petroni⁹ aliter eſtimat dicēs. Quid ē iudicis dolus? Nimirū vbi aliquid factum eſt. quod legi dolet. habetis dolum. accipite nūc malū. Calūnia ē iurgiū alicuius litis. a caluēdo. id eſt decipiēdo dicta. Falſitas appellata a fando aliud q̄ verū ē. Iniuria eſt iniuſticia. Hinc ē illud Uirgilij: Cū turni iniuria matrē admonuit. Iniuria eſt q̄ audet aliquid cōtra ordinē iuris. Seditio dicit diſſenſio ciuiū: q: ſeorſū alij ad alios eunt. Nam hi maxime turbatiōe rer̄ ⁊ tumultu gaudēt. Sacrilegiū p̄pie eſt ſacrarū rerū furtū. poſtea ⁊ in idolorū cultu hęſit hoc nomē. Adulteriū ē illuſio alieni cōiugij. q: q: alter alteri⁹ thorū cōmaculauit. adulterij nomē accepit. Stuprū. rapt⁹ p̄pie ē illicitus coitus. a corrūpendo dict⁹. Unde Uirgili⁹. Rapto potit. id eſt ſtupro fruit. Homicidij vocabulū compoſitū ē ex hoie ⁊ cędo. Qui enī cędē in hoiem feciſſe comptus erat. homicidā veteres appellabāt. Parricidij actio nō ſolū in eū dabat qui parentē. id eſt qui patrē uel matrē interemiſſet. ſed ⁊ in cū qui fratrē occiderat. ⁊ dictū parricidiū quaſi parentis cędiū. Interneciei iudicium in eū dabat. q̄ falſum teſtamentū fecerat. ⁊ ob id hoiem occiderat. Accuſatorē ei⁹ poſſeſſio bonor̄ ſequebat. Interneciei aūt ſignificatio ē quaſi hominis quędā enecatio. Nam p̄poſitionē int̄ p̄ponebāt ne. Neu⁹. Mare interbibere. ⁊ Plautus. Interluere mare. id eſt ebibere ⁊ eluere. Furtum eſt rei alienę clādeſtina cōtrectatio. a furuo id eſt fuſco vocatū. q: in obſcuro fit. Furtū autem capitale crimē apud maiores fuit. ante pęnā quadrupli. Peruaſio ē rei alienę manifeſta p̄ſumptio. Furtū aūt earum dē rer̄ fit quę de loco in locū tranſferri poſſūt. puaſio aūt ⁊ earū quę trāſferunt. ⁊ eaq̄ quę imobilia ſūt. Inficiatio ē negatio debitę rei cū a creditore depoſcit. Idē ⁊ abiuratio. id eſt rei creditę abnegatio. Ambit⁹ iudiciū in eū ē qui largitiōe honorē capit ⁊ ambit. amiſſurus dignitatē quā munere inuadit. Peculatus iudiciū i eos datur. q̄ fraudē ęrario faciūt. pecuniāq̄ publicā interuertūt. Nam a pecunia peculatū dictū eſt iudiciū. Non aūt ſic iudicat furtū rei publicę ſicut rei p̄uatę. Nam ille ſic iudicat ut ſacrilegus. q: fur ē ſacror̄. Repetundar̄ accuſatur qui pecunias a ſocijs cepit. In hoc iudicio reus ſi ante moriat. in bona ei⁹ iudiciū reddit. Inceſti iudiciū. in ꝑgines ſacratas uel p̄pinquas ſanguine cōſtitutū eſt. Qui enī talib⁹ miſcent. inceſti. id eſt incaſti habent. Maieſtatis reatu tenentur hi qui regiā maieſtatē leſerūt uel violauerūt. uel q̄ rem publicā pdiderūt. uel cū hoſtib⁹ cōſenſerūt. Piaculū dictū. p eo q̄ expiari pōt. commiſſa ſūt enī quę erāt quoquo ordine expianda.

De pęnis i legib⁹ cōſtitutis Cap̄.xxvii.

d Upliciter malū appellat. vnū qō homo facit. alterq̄ qō patit. Qō facit. peccatum eſt. quod patitur pęna. Malū aūt tunc plenū eſt cum ⁊ p̄teritum eſt. ⁊ impendit ut ſit ⁊ dolor ⁊ metus. Pęna dicta q̄ puniat. Eſt autem epitheton nomē. ⁊ ſine adiectiōe nō habet plenū

sensum·adijcis pēnā carceris·pēnā exilij·pēnam mortis.ꝛ impleꝫ sensum. Supplicium ꝓprie dicit nō q̄ quoq̄ modo punit·ꝫ qui ita damnat ut bona ei⁹ consecrent.ꝛ in publicū rediganꝫ. Nā supplicia dicebant suppliciamēta.ꝛ suppliciū dicit·de cui⁹ damnatiōe deliberat aliq̄d deo·vnde ꝛ supplicare. Octo genera pēnaꝝ in legib⁹ cōtineri. Lulius scribit·id est damnū·vincula·verbera·talionē·ignominiū·exiliū·seruitutē.ꝛ mortē. His nāq; pēnis vindicat omne ꝓperatū peccatū. Damnū a diminutiōe rei vocarum. Vincula a vinciendo id est artādo dicta·eo q̄ cōstringāt atq; retineāt·uel q: vi ligant colla. Compedes dicti·q: cōtinēt pedes. Pedicę sūt laquei·quib⁹ pedes illaqueant. dictę a pedibus capiēdis. Catenę aūt q̄ capiēdo teneant vtraq; vestigia·ne ꝓgrediant. Itē catenę q̄ se capiendo teneant plurimis nodis. Manicę sūt vincula quib⁹ man⁹ capiunt·licꝫ ꝛ manicę tunicarū sint. Neruus ē ferreū vinculū·quo pedes uel etiā ceruices ipediunt. Boia est torques damnatoꝝ quasi iugū boum.ex genere vinculorū est. Carcer est in quo custodiunt noxij.ꝛ dict⁹ carcer q̄ eo homines coerceant·includant·q; quasi arcer ab arcendo scilicꝫ. Locū aūt in quo seruant noxij carcerē dicim⁹ nūero tm̄ singulari·vnde ꝙo emittunt quadrigę carceres vocam⁹·numero tm̄ plurali. Verbera dicta·q: cū agitāt aerem verberāt. Vnde flagra ꝛ plagę ꝛ flagella·q: cum flatu ꝛ stre pitu in corpe sonant. Nā plagę quasi flagę·ꝫ plagę ꝛ flagra ꝓmę positionis sunt·flagella aūt per diminutionē dicta. Anguilla est qua coercent in scholis pueri·quę vulgo scutica dicit. Fustes sunt quib⁹ iuuenes ꝓ crimin⁹ ferunt·appellati q̄ pręfixi in fossis stent·quos palos rustica vocāt. Uectes dicti q̄ manibus vectent; vnde ostia saxaq; vellunt·ꝫ hi ad pēnas legū nō ptinent. Virgę sūt sūmitates frondiū arborūq;·dicte q̄ virides sint·uel q̄ vim habeāt arguēdi·quę si lenis fuerit·virga est·si certe nodosa uel aculeata·scorpio rectissimo noie vocat·q: arcuato vulnere in corpus infigit. Ictus ꝓprie flagelloꝝ sūt·ab agitādo vocati. Ungulę dictę q̄ effodiant. Hę ꝛ fidiculę·q: his rei in eculeo torquent·ut fides inueniat. Eculeus autē dict⁹ q̄ extendat. Tormenta ꝙo q̄ torquēdo mentē inueniant. Est ꝛ lautumnū supplicij gen⁹ ad verberandū aptū·inuentū a tarquinio supbo ad pēnas sceleratoꝝ. Itē enim prior lautumnas tormenta·fustes·metalla atq; exilia adinuenit. ꝛ ipse prior ex regibus exilium meruit. Talio est similitudo vindictę·ut talit quis patiatur ut fecit. Hoc enim ꝛ natura ꝛ lege ē institutum·ut lędentē similis vindicta sequat. Unde ꝛ illud ē legis·oculū ꝓ oculo·dentē ꝓ dente. Talio aūt non solū ad iniuriā referendā·ꝫ etiā ꝓ beneficio reddendo ponit. Est enī cōmunis sermo ꝛ iniurię ꝛ beneficentię. Ignominiū dictū eo q̄ desinat habere honestatis nomen is qui in aliquo crimine deprehendit. Dictū aūt ignominiū quasi sine nomine·sicut ignarus sine sciētia·sicut ignobilis sine nobilitate. Hoc quoq; ꝛ infamium·quasi sine bona fama. Fama autē dicta·q: fando id est loquendo quagat·ꝓ traduces linguaꝝ.ꝛ auriū serpens. Est autē nomen ꝛ bonaꝝ rerum ꝛ malarū. Nā fama fęlicitat interdū ē·ut illud ē. Illustris fama·q̄ laus est·malaꝝ·ut Uirgil⁹. Fama malum quo nō aliud velocius vllum. Famę autē nomē certi locum nō habet·q: plurimū mendax est·adiēcis multa uel demutans de veritate·quę tādiu viuit; q̄ diu non ꝓbat. Ut vbi ꝓbaueris·esse fama cessat.ꝛ exinde res nominat·non fama. Exilium dictū·quasi extra solum. Nā exul dicit·qui extra solū est. Unde postliminio redeuntib⁹·hoc est de exilio reducendis·qui sunt cięcti in iniuriā·id est extra limen patrię. Diuidit autē exilium in relegatis ꝛ deportatis. Relegatus est quē bona sua sequunt. deportat⁹ quē nō sequunt. Proscriptio exilij ꝓcul damnatio·quasi porro scriptio Itē ꝓscriptus q: palam scriptus. Uerallum est vbi exules deputant ad cruciandam venā.marmoraq; secanda in crustis. Seruitus a seruando vocata.apud antiquos enī qui in bello a morte seruabant·serui vocabant. Hęc est sola maloꝝ oiuꝫ postrema·quę liberis omni supplicio grauior est. Nā vbi libertas perijt·vna ibi perierunt ꝛ oia. Mortium ꝙo diuersi casus·ex quib⁹ crux uel patibulū in quo homines appensi cruciant uel patiunt·vnde ꝛ nomina habent. patibulū enī vulgo furca dicit·quasi ferēs caput·suspensum enī ꝛ strangulatū hęc examinat·ꝫ patibuli minor pena q̄ crucis. Nā patibulū appēsos statim exanimat crux aūt suffixos diu cruciat·vnde ꝛ in euangelio latronib⁹ ut morerent ꝛ de ligno ante sabbatum deponerent·crura cōfracta sunt·q: ligno suspensi cito mori nō poterāt. In ipso q̄ genere necis differt. Crudelius est enī in aqua spiritū torquētis extingui·ignib⁹ vri·frigore ꝛ famę necari·canib⁹ ꝛ bestijs exponi. Nam ferro mori·ętas q̄ maior optauit. Gladius enī sine grauiori cruciatu compendiosa morte vitā finire nouit. Culleū est parricidale vasculū·ab oculendo id est claudēdo dictum. Est aūt vter ex corio factus·in q̄ parricidę cū simia ꝛ gallo ꝛ serpente inclusi in mare pręcipitant. Omniū autē istaꝝ mortiū gen⁹ aīaduersio noiat. Animaduersio enī est·qñ iudex reū punit.ꝛ dicit animaduertere·id est animū illuc vertere·intendere vtiq; ad puniendū reū q: iudex est Ideo aūt romani aquā ꝛ ignē interdicebāt quibusdā damnatis·q: aer ꝛ aqua cunctis parent.ꝛ omnib⁹ data sūt·ut illi nō fruerent q̄ omnibus ꝓ naturam concessum est.

De chronicę vocabulo Cap̄.xxviii.

Chronica grece dicit quę latine temporū series appellat·qualē apud grecos euse bius cesariēsis eps edidit.ꝛ Hieronym⁹ pbyt in latinā linguā conuertit. Chronos enī grece·latine tempus interpretatur.

De momentis ⁊ horis Cap. xxix.

Empora aut̄ momentis horis diebus
t mensib⁹ annis lustris sęculis ęratibus
diuidunt. Momentū est minimū atq; angustissimū temp⁹ a motu siderū dictū. Est eni extremitas horę i breuib⁹ interuallis cū sol aliq̄d sibi cedit atq; succedit. Hora grę̄cū nomen est ⁊ tam̄ latinū sonat. Hora eni finis est tpis sicut ⁊ ore sunt fines maris fluuioꝝ ⁊ vestimentoꝝ.

De diebus Cap. xxx.

Jes est p̄sentia solis; siue sol supra ter-
d ras sicut nox sol sub terris. Ut eni dies aut nox sit: causa ē aut supra terrā sol: aut sub terris. Dies legitim⁹ .xxiiij. horaꝝ ē vsq; dū dies ⁊ nox spacia sui cursus ab oriēte vsq; ad aliū orientalē solem cęli volubilitate concludat. Abusiue aūt dies vnus est spaciū ab oriente sole vsq; od occidentē. Sūt ār dieī spacia duo inter dianū atq; nocturnū. ⁊ ē dies quidē horaꝝ .xxiiij. spaciū aūt horaꝝ .xij. Vocat⁹ aūt dies a pte melioꝛe. Unde ⁊ in vsu est ut fine cōmemoratiōe noctis numerū dicam⁹ dierū sicut ⁊ i lege dīna scriptū est: factū est vespe ⁊ mane dies vn⁹. Dies ꝑm ęgyptios inchoat ab occasu solis ꝑm persas ab ortu solis ꝑm arbenięses a sexta hora diei ꝑm romanos a media nocte. Unde ⁊ tūc gallicinii est. q̄rū vox dici ostendit p̄conium. qñ ⁊ mesonyctius afflatus fit. Dies dicti a dīis. quoꝝ noīa romani quibusdā siderib⁹ sacrauerūt. Primū eni diē a sole appellauerūt. qui princeps ē oīuz siderū. sicut ⁊ idē dies caput est cunctoꝝ dieꝝ. Secundū a luna quę soli ⁊ splendore ⁊ magnitudine ꝓxima ē. ⁊ ex eo mutuat lumē. Tertiū a stella martis. quę vesper vocat. Quartū a stella mercurij. quā q̄dā candidū circulū dicūt. Quintū a stella iouis. quā phęntē aūt. Sextū a veneris stella. quā luciferum asserūt. quę inter oia sidera plus lucis haber. Septimū a stella saturni. quę sexto cęlo locata. xxx. annis ferē explere cursū suū. Proinde aūt ex his vij. stellis noīa dieb⁹ gētiles dederūt. eo q̄ p eos sdē aliq̄d sibi effici ęstimarent. dicentes habere a sole spiritū. a luna corp⁹. a mercurio ingeniū ⁊ linguā a venere voluptatē. a marte sanguinē. a ioue temperantiā. a saturno humorē. Talis quippe extitit gentiliū stultitia. q̄ sibi finxerūt tā ridiculosa figmenta. Apud hebręos aūt dies prima. vna sabbati dicit. q̄ apud nos dies dn̄icus est. quē gentiles soli dedicauerūt. Secūda sabbati. secūda feria quē sęculares diē lunę vocāt. Tertia sabbati. tertia feria. quē illi diē martis vocāt. Quarta sabbati. q̄rta feria. q̄ mercurij dies dicit a paganis. Quinta sabbati. q̄nta feria est. id est quint⁹ a die dn̄ico. q̄ apud gētiles iouis vocat. Sexta sabbati. sexta feria ē. qui apud eosdē paganos veneris nuncupat. Sabbatū aūt septimus a dn̄ico die est quē gentiles saturno dedicauerūt. ⁊ saturni nominauerūt. Sabbatū aūt ex hebręo in latinū requies interpretat. eo q̄ deus in eo requieuisset ab omnib⁹ operibus suis. Melius aūt in vocabulis dieꝝ de ore xp̄iano ritus loquēdi ecclesiastic⁹ pcedit. Tamē si quē forte p̄suetudo traxerit ut illud exeat ex ore quod improbat corde. intelligat illos oēs: de quoꝝ nominib⁹ appellari sūt hi dies. homines fuisse. ⁊ ꝓpter beneficia quędā moralia. q̄ plurimū potuerūt ⁊ eminuerūt in h̄ sęculo. delati sūt eis ab amatoꝛib⁹ suis diuini honoꝛes ⁊ in diebus ⁊ in siderib⁹. ꝟ primū a nominib⁹ hoiuz sidera nuncupata. ⁊ a siderib⁹ dies sūt appellati. A fando aūt ferię nūcupatę sunt. q̄ in eis nobis sit temp⁹ dictiōis. id est in diuino uel humano officio fari. ꝟ ex his festi dies hoiuz causa instituti sunt. feriari causa diuoꝝ sacroꝝ. Partes diei tres sūt: mane meridies. ⁊ suprema. Mane lux matura ⁊ plena. nec iā crepusculū. Et dictū mane a manum anū eni anticq̄ bonū dicebāt. Quid eni melius ce? Alii mane existimāt vocari a dīis manib⁹. q̄z cōuersatio a luna ad terrā est. Alii putāt ab aere quia manus. id est rarus ē atq; pspicuus. Meridies dici⁹ quasi medidięs. hoc est medius dies. uel q̄ tunc purior dies est. Merū eni purū dicit. In toto eni die nihil clari⁹ meridie. qñ sol e medio cęlo rutilat. ⁊ omnē orbem pari claritate illustrat. Suprema est postrema ps diei. qñ sol cursum suū in occasum vertit. dicta eo q̄ supest ad partē vltimā diei. Serū vocatū a clausis seris. qñ iam nox venit ut vnusq̄sq; somno tutior sit. Hodie quasi hoc die. ⁊ quotidie nō cotidie. ut sit quot diebus. Cras q̄ō est postea. Hesternū est pridie. ⁊ dictum hesternū ab eo q̄ iam dies ipse sit a nobis extraneus. ⁊ p̄tereūdo alien⁹. Pridie aūt quasi priori die. Perendie. id ē p ante die. uel i antecessu. i. pri⁹.

De nocte Cap. xxxi.

Nox a nocendo dicta. eo q̄ oculis noceat
n Quę idcirco lunę ac siderū lucem haberne indecora esset. ⁊ ut consolarent̄ hoies nocte opantes. ⁊ ut quibusdā animantib⁹ quę lucem solis ferre nō possūt. ad sufficientiā tempare. Noctis aūt ⁊ diei alternatio ꝓpter vicissitudinē dormiēdi vigilandiq; effecta est. ⁊ ut opis diurni laborē. noctis requies temperet. Noctē autē fieri. aut quia longo itinere lassat sol ⁊ cū ad vltimū cęli spaciū puenerit elanguescit ac tabefact⁹ efflat suos ignes. aut q̄ eadē vi sub terras cogit. q̄ sup terras ꝓtulit lumen. ⁊ sic vmbra terrę noctē facit Unde ⁊ Virgilius. Ruit oceano nox inuoluens vmbra magna terrāq; polūq;. Noctis ptes septē sūt. id est vesper. crepusculū. conticiniū. intempestum. gallicinii. maturinū. diiulculum. Uesper a stella occidentali vocat. quę solē occiduū sequit. ⁊ tenebras sequētes p̄cedit. De qua Virgilius: Ante diē clauso cōponit vesper olympo. Tenebras aūt dictas q̄ tenēt vmbras. Crepusculū est dubia lux. Nam creperum dubiū dicimus. hoc ē inter lucem ⁊ tenebras. Conticiniū est. qñ omnia silent. Conticescere eni silere est. Intempestū est mediū ⁊ ingruosum noctis tempus; quando agi

nihil põt ⁊ oĩa ſopore quieta ſũt. Nã tẽp⁹ p ſe nõ intelligĭt niſi p actus hũanos. mediũ aũt noctis actu caret. Ergo intẽpeſta inactuoſa q̃ſi ſine tpe hoc eſt ſine actu p quẽ dinoſcĭt tẽp⁹. Unde ẽ. Intẽpeſtiue veniſti. Ergo intẽpeſta dicĭt⁹ q: caret tpe id eſt actu. Gallicinũ ꝓpr̃ gallos lucis p̃nũcios dictũ. Matutinũ ẽ inter abſceſſum tenebrarum ⁊ auroꝛe aduentum. ⁊ dictũ matutinũ q̃ hoc tẽp⁹ inchoante mane ſit. Diluculũ quaſi iam incipiẽs parua dieĩ lux. Hẽc ⁊ auroꝛa quę ſolẽ p̃cedit. Eſt aũt auroꝛa dieĩ clareſcẽtis exordiũ. ⁊ p̃im⁹ ſplendoꝛ aeris. q̃ græce eoos dicĭt⁹ quẽ nos p deriuationẽ auroꝛam vocam⁹. quaſi eurozã. Unde ẽ illud. Et lęt⁹ eois curus equis. Et iteꝝ. Eoaſq; acies.

De hebdomada Cap̃.xxxii.

Ebdomada dicta a numero dierũ ſeptẽ
b quoꝝ reperitiõe ⁊ menſes ⁊ anni ⁊ ſęcula paguñ. Hepta enĩ græci ſeptẽ dicũt. hãc nos ſeptimanã vocam⁹. quaſi ſeptẽ luces. Nam mane lux ẽ. Octau⁹ aũt dies id ẽ p̃im⁹ ẽ. ad quẽ redĭt⁹ ⁊ a quo rurſus hebdomadis ſeries oꝛdĭt⁹.

De menſibus Cap̃.xxxiii.

Enſis nomẽ ẽ græcũ de lunę noĩe tractũ.
m Luna enĩ mene græco ſermone vocatur. Unde ⁊ apud hebꝛęos menſes legitimi nõ ex ſolis circulo ꝫ ex lunę curſu enumerant⁹. qõ eſt de noua ad nouã. Egyptĭj aũt p̃imi ꝓpr̃ lunę velociozẽ curſũ. ⁊ ne erroꝛ cõputatiõis ei⁹ velocitate accideret. ex ſolis curſu diẽ menſis adnuenerũt. quo tardioꝛ ſolis motus facili⁹ poterat cõpꝛehendi. Januari⁹ mẽſis a iano dict⁹. cui fuit a gentilib⁹ cõſecrat⁹. uel q: limes ⁊ ianua ſit anni. Uñ ⁊ bifrons idẽ ianus pingĭt⁹ ut introit⁹ ãni ⁊ exit⁹ demonſtret. Febꝛuari⁹ nuncupaꝝ a febꝛuo. id eſt plutone. cui eo menſe ſacrificabaꝝ. Nam ianuariũ diꝫ ſuperis. febꝛuariũ diꝫ manibus romani ꝓſecrauerũt. Ergo febꝛuari⁹ a febꝛuo. id eſt a plutone. nõ a febꝛe. id eſt ęgritudine noĩaꝝ. Martius appellaꝝ ꝓpter martẽ romanę gentis auctoꝛẽ. uel q eo tpe cũcta aiantia aganꝫ ad marẽ ⁊ ad cõcubendi voluptatẽ. Idẽ appellaꝝ ⁊ menſis nouoꝝ q: anni initiũ menſis ẽ martius. Idẽ ⁊ nouũ ver inditiꝫ ſcilz germinũ. q: in eo vireſcẽtib⁹ fructib⁹ nouis. trãſactoꝝ ꝓbaꝝ occaſus. Aprilis p venere dicĭt⁹ q̃ſi aphꝛoditi. græce enĩ aphꝛoditi ven⁹ dicĭt⁹ uel q: hoc menſe oĩa aperiũt in floꝛẽ. q̃ſi aperilis. Maius dict⁹ a maia matre mercurĭj. uel a maioꝛib⁹ natu. q̃ erãt p̃incipes reipublicę. Nam hũc menſem maioꝛib⁹ ſequentẽ ꝛo minoꝛib⁹ romani cõſecrauerũt. vnde ⁊ iuni⁹ dicĭt⁹. Ante enim ꝓplus in centurias ſenioꝝ ⁊ iunioꝛũ diuiſus erat. Juli⁹ ꝛo ⁊ auguſtus de honoꝛib⁹ hoiuz iulĭj ⁊ auguſti cęſarũ nũcupati ſunt. Nã p̃ius q̃ntilis ⁊ ſertilis vocabanꝫ. quintilis. q: quint⁹ erat a martio. quẽ p̃incipẽ anni teſtanꝫ eẽ romani. ſertilis ſimiliꝫ q̃ ſextus ſit. September nomen habet a numero ⁊ imbꝛe. q: ſeptim⁹ ẽ a martio ⁊ imbꝛes habet. Sic ⁊ october. nouember atq; december. ex numero ⁊ imbꝛib⁹ acceperũt vocabula. quẽ numeꝝ decurrẽtẽ decẽber finit. p eo q̃ denari⁹ numer⁹ p̃ęceden/tes numeros claudit. Calẽdas aũt ⁊ nonas ⁊ id⁹ ꝓpr̃ feſtos dies romani inſtituerũt. uel ꝓpr̃ officia magiſtratuũ. Jn his enĩ dieb⁹ cõueniebaꝝ ĩ vrbibus. Quidã aũt calẽdas a colẽdo appellari exiſtimãt. Apud vereres enĩ oĩuz menſiũ p̃incipia colebanꝫ. ſicut ⁊ apud hebꝛęos. Idus aũt plęriq; latinoꝝ ab edendo dictũ putãt. q̃ hi dies apud veteres epulaꝝ eſſent. Nonę a nũdinis vocatę. nundinę enĩ ſũt publicę cõuentiões ſiue mercimonia.

De ſolſticijs ⁊ ęquinoctijs Cap̃.xxxiiii.

Olſtitiũ dictũ quaſi ſolis ſtatiũ. q̃ tunc
ſ ſole ſtante creſcãt dies uel nocres. Ęquinoctiũ appellatũ. q̃ tunc dies ⁊ noꝛ horaꝝ ſpacio ęq̃li cõſiſtũt. Duo ſũt aũt ſolſtitia. vnũ ęſtiuũ octauo kalẽdas iulias. de quo tpe remeare ſol ad inferiozes incipit circulos. aliud hyemale octauo kalendas ianuarias. q̃ tpe ſol altiozes incipit circulos petere. Uñ ⁊ hyemalis ſolſtitiũ dies minim⁹. ſicut ęſtiũ maxim⁹ inuenĭt⁹. Jtẽ duo ſunt ęq̃noctia. vnũ vernale. ⁊ aliud autũnale. quę græci ἰσομερίας vocãt. Sũt aũt hęc eq̃noctia die octauo kalẽdas aprilis. ⁊ octauo kalendas octobzis. q: ann⁹ olim i duas partes tm̃ diuidebaꝫ. ⁊ ẽ. i ęſtiuũ ⁊ i hyemale ſolſtitiũ. ⁊ i duo hemiſpęria.

De temporib⁹ anni Cap̃.xxxv.

Empoza anni ſunt quatuoꝛ: ver. ęſtas
t autũn⁹. ⁊ hyems. Dicta ſũt autẽ tẽpoza a coĩonis tẽpamento. q̃ inuicẽ ſe humoꝛe ſiccitate. caloꝛe ⁊ frigoꝛe temperent. Hęc ⁊ curricula dicunt⁹. q: nõ ſtant ꝫ currũt. Cõſtat aũt poſt factũ mundũ ex qualitate curſus ſolis tpa inẽ nos menſes fuiſſe diuſa. Quoꝝ tempoꝝ talẽ veteres diſcretionẽ faciũt. ut p̃mo mẽſe ver nouũ dicatur. ſecũdo adultum. tertio p̃ęceps. Sic ⁊ ęſtas ĩ ſuis trib⁹ menſib⁹. noua. adulta ⁊ p̃ęceps. ſic ⁊ autũn⁹ nouus. adultus ⁊ p̃ęceps. Jtem hyems noua. adulta. ⁊ p̃ęceps ſiue extrema. Unde eſt illud Uirgilĭj. Extremę ſub caſũ hyemis. Uer aũt dictũ q̃ vireat. Tũc enĩ poſt hyemẽ veſtĭt⁹ tell⁹ hęrbis. ⁊ in floꝛem cũcta p̃ũpunt. Ęſtas dicĭt⁹ ab ęſtu id eſt a caloꝛe. ⁊ ęſtas quaſi vſta. id ẽ exuſta ⁊ arida. nam caloꝛ aridus eſt. Autũnus a tempeſtate vocaꝝ. quãdo ⁊ ſolia arboꝝ cadunt ⁊ oĩa matureſcũt. Hyemem aũt ratio hemiſpęrĭj nũcupauit. q: tũc bꝛeuiozi ſol voluĭt⁹ circulo. Uñ ⁊ ẽ tẽp⁹ bꝛuma dicĭt⁹ q̃ſi βραχεῖα ἡμέρα. id eſt bꝛeuis dies. uel a cibo q̃ maioꝛ tũc ſit veſcendi appetit⁹. Edacitas enĩ græce bꝛuma appellaꝝ. Unde ⁊ imbꝛumari dicunt⁹ quibus faſtidiũ eſt ciboꝝ. Hibernus autem inẽ hyemem ⁊ vernũ eſt. quaſi biuernus q̃ plęrũq; a parte totam hyemem ſignificat. Hęc tempoza. ſingulis eriam cęli partib⁹ aſcribũt⁹. Uer quippe orienti datur. quia tunc ex terris oĩa oziũtur. ęſtas ꝛo meridiano. eo q̃ pars eius caloꝛe flagrantioꝛ ſit. hyems ſeptẽtrioni eo q̃ frigoꝛibus ⁊ ꝓpetuo gelu toꝛpeat. autũn⁹ occiduo. eo q̃

graues morbos habeat. Unde ⁊ tūc oīa folia arborū defluūt. Ut aūt autūnus abūdet morbis facit hoc confiniū frigoris ⁊ caloris. ⁊ cōpugnantia inter se contrariorum aerum.

De annis Cap. xxxvi.

a Annus ē solis anfractus cum pactis trecentis. lxv. diēb⁹ ad cadē loca fideri⁹ redit. Annus autē dictus q; mensib⁹ in se recurrentib⁹ voluitur. Unde ⁊ annul⁹ quasi annuus id est circulus q; i se redeat ut Virgilius: Atq; i se sua p vestigia voluit ann⁹. Sic enī apud ægyptios indicabatur ante inuētas litteras picto draconē caudā sua mordente quia in se recurrit. Alij annum dicunt ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι id est ab innouatione. renouatur enī semper. Tria sūt aūt gnā annor. Aut enī lunaris ann⁹ est. ccc. dieq; aut solstitialis q. cc̄. cōtinet mēses aut magnus oīb⁹ planetis in eandē locū recurrentibus qui fit post ānos solstitiales plurimos. Æra singulor annor cōstituta ē a cesare augusto qñ primū censu excogitato romanū orbē descripsit. Dicta aūt æra ex eo q; oīs orbis es reddere pfessus ē rei publicę.

De olympiadibus ⁊ lustris ⁊ iubileis Cap. xxxvii.

o Lympias apud grecos constituta apud elidē grecię ciuitatē. elijs agēt̄ib⁹ agonē ⁊ quinquēnale certamen. quattuor medijs annis vacantib⁹. ⁊ ob hoc elidū certaminis tempus olympiadem vocauerūt. quadriennio in vna olympiade supputato. Lustrū vo ē pentecteris. id est q̄nquennīū. quod q̄nto anno dicit condi ꝑ olympiadas a romanis. adhuc enī ꝑsules. adhuc æra nondū erāt. Est enī q̄nquēnale temp⁹. Ideo vo sic vocat eo q; censu p q̄nquēniū in republica pacto vrbs roma lustrabat. Jubileus interpretat remissiōis annus. Est enī hebraic⁹ ⁊ sermo ⁊ numer⁹ qui septēnis annorū hebdomadibus id est xl. ⁊. ix. annis redit i quo clangebat tubis. ⁊ ad oēs reuertebat antiqua possessio debita absolue bantur. confirmabātur libertates. Hunc numerum etiam in diebus pentecostē ⁊ ipsi celebramus post dñi resurrectionē remissa culpa. ⁊ tot⁹ debiti chirographo cuacuato. ab oi netu liberi. susci pientes aduenientē in nos gratiā spūs sancti.

De sęculis ⁊ ætatib⁹ Cap. xxxviii.

f Ęcula generationib⁹ constant. ⁊ inde sęcula q; sequantur. Abeuntibus enī alijs alia succedūt. Hunc quidam q̄nquagesimū annū dicūt. quē hebrei iubilcum vocant. Ob hanc causam ⁊ ille hebreus qui ꝑter vtorē ⁊ liberos amans dñm suū. aure pertusa. seruitio subiugatus. seruire iubet in sęculū. hoc est vsq; ad annū q̄nquagesimū. Ętas plerūq; dicit ⁊ p vno anno. ut i annalib⁹. ⁊ p. vij. ut hois. ⁊ p cētū ⁊ p quouis tempore. Unde ⁊ ętas temp⁹ qđ de multis sęculis instruit. Et dicta ętas quasi quitas. id ē similitudo qui. Nam qui ē ętas ꝑpetua. cuius neq; initiū neq; extremū noscit. qđ greci vocāt eonas. qđ aliqñ apud eos pro sęculo. aliqñ ꝑ ęterno ponit. vñ ⁊ apud latinos ē derivatū. Ętas aūt ꝑtie duob⁹ modis dicit. aut enī hois sicut infantia. iuuent⁹ senect⁹. aut mūdi. cui⁹ prima ętas ē ab adam vsq; ad noe. secunda a noe vsq; ad abrahām. tertia ab abrahām vsq; ad dauid. quarta a dauid vsq; ad trāsmigrationē iudę in babylonē. quinta deinde vsq; ad aduentū saluatoris i carnē. sexta quę nūc agitur vsq; quo mūd⁹ iste finiat. Quar decursus p generationes ⁊ regna. primū ex nostris iulianus africanus sub imperatore marco aurelio antonino simplicis historię stilo elicuit. Debinc eusebi⁹ epūs cesariēsis. atq; sanctę memorię hieronym⁹ presbyt chronicor canonē multiplicē ediderunt. historiā regnis simul ⁊ tēporib⁹ ordinatā. Debinc alij atq; alij. inter quos precipue victor turonensis ecclesię epūs recensitis priorū historijs. gesta sequētiū ętatum vsq; ad consulatū iustini iuniorīs imperatoris expleuit. Nos nos tēpor sūmā ab exordio mūdi ad augusti Eraclij imperatoris uel sumtilam regis gotthor. quāta potuim⁹ brevitate notauim⁹ tēpora adiacente e latere descendente linea tēpor cui⁹ indicio sūma ꝑterita sęculi cognoscat. Quar decursus p generatiōes ⁊ regna ita inspicitur.

De discretione tēpor Cap. xxxix.

p Rima ętas cōtinet i exordio sui creationē mūdi. Primo enī die deus i lucis noie cōdidit angelos. secundo in firmamenti appellatiōe cęlos. tertio in discretionis vocabulo speciē aquar ⁊ terrę. quarto luminaria cęli. quinto animantia ex aquis. sexto animantia ex terra ⁊ hominem quem appellauit adam.

a Dam ān̄o. cc̄x. genuit seth. a quo filij dei cc̄x. Seth an. cc̄v. genuit enos. q̄ primus cepit inuocare nomen domini. cc̄xc. Enos an. cxc. genuit caynan. dcx. Caynan an. cxx. genuit malaleel. dcc̄v. Malaleel an. cx. genuit iareth. ccc̄lx. Jareth an. clxii. genuit enoch qui translat⁹ ē. cccclxii. Enoch an. clxv. genuit matusalā. cc̄lxxxvii. Matusalā an. clxvii. genuit lamech cc̄lxxxii. Lamech an. clxxxviii. genuit noe. Arcba ędificat. cc̄lxii. Noe autem an. dcc. factum ē diluuium. cccclxii.

Secunda ętas.

f Ēm post diluuiū. ij. anno genuit arfaxat a quo chaldei. cccclxxiiii. Arfaxat an. cxxxv. genuit sala. a quo ātiqui samarite ⁊ indi fuerūt. cccclxxix. Sala an. cxxx. genuit heber. a q̄ hebrei. dcccc̄ix. Heber an. cxxxiv. genuit falech. Turris ędificat. dcccxliii. Falech an. cxxx. genuit ragau Dij primū adorāt. dcccclxxiii. Ragau an. cxxx. genuit seruch. Regnū inchoat scythar. dcccc̄v. Seruch an. cxxx. genuit nachor. Regnū ęgyptior nascitur dcccc̄xxxix. Nachor an. lxxix. genuit thară. Regnū assyrior sycionorumq; exorit. dccc̄xxxiiii. Thara an. lxx. genuit abrahām. Zoroastres magicam repperit. dccc̄lxxxiiii.

Tertia ętas.

Brabam an.c.genuit ysaac ex sara libera. Nā pr̄i⁹ t ismahel a quo t ismahelite.3284. Ysaac an.60.genuit iacob Argiuoz̄ regnū inchoat.3344. Jacob an.91.genuit ioseph. Phoroneus grecię leges dedit.3435. Joseph an.110.virit. Greccia segetes habere cępit.3443. Hebręoꝝ seruitutis in ęgypto an.144. Athlas astrologiā inuenit.3689. Moyses an.40.rexit populū ī heremo. Hebręi legē t litteras habē ceperūt.3729. Josue an.27. Erichthon⁹ in troia primus quadrigā iunxit.3756. Othoniel an.40. Cadmus lr̄as greccis dedit.3796. Aoth an.80. Fabulę ficręsunt.3876. Delbora an.40. Apollo medicinę artē inuenit t cythara repperit.3916. Gedeon an.40. Mercuri⁹ liram reppit t orpheo tradidit.3956. Abimelech an.3. Chorus in greccia inuent⁹ ē.3959. Thola an.22. Priamus regnauit in troia.3981. Jair an.22. Carmētis latinas lr̄as reppit.4003. Jepte an.6. Hercules flāmis se iniecit.4009. Abessan an.7. Alexander helenā rapuit.4016. Abdon an.8. Troia capta ē t ęneas ī italiā venit.4024. Samson an.20. Ascanius albā ꝓdidit ciuitatē a qua albani.4044. Heli sacerdos an.40. Arcba testamēti capit.4084. Samuel t saul an.40. Homerus fuisse putat.4124.

Quarta ętas.

Aenid an.40. Carthago a didone cōditur. Gad nathan t asaph ꝓphetauerunt. 4164. Salomon an.40. Templum hierosolymis ędificat.4204. Roboam an.17. Regnū isrl t iuda diuidit.4221. Abia an.3. sub q̄ achimelech pontifex fuit.4224. Asa an.41. Achias amos iehu iobel t azarias ꝓphetauerūt.4265. Josaphat an.25. Prophetauit helias t heliseus abdias t micheas.4290. Joram an.8. Prophetauit helias t heliseus.4298. Ochoęias an.1. Helias rapit.4299. Athalia an.7. Jonadab filī rechab sacerdos claruit t ioiada pontifex.4306. Joas an.40. Zacharias ꝓpheta occidit inter tēplū t altare. Helisę mort.4346. Amasias an.29. Carthaginē quidā hoc tpe asserūt cōditā. alij nō ut ś.4375. Oęias an.52. Olympias a grecis istituit. assyrioz̄ regnū in medos transfert.4427. Joathā an.16. Remus t romulus nascunt.4443. Achaz an.16. Roma cōdit.4459. Ezechias an.29. Senat⁹ romę fit.4488. Manasses an.55. Sibilla samia claruit.4543. Amon an.12. Census primū agit.4555. Josias an.32. Thales phs agnoscit 4587. Joachim an.11. Nabuchodonosoz iudeā capit.4598. Sedechias an.11. Tēplū hierosolymis incensū ē. Sappho mulier diuerso poemate claruit.4609.

Quinta ętas.

Ebrǽoꝝ captiuitas an.70. Judith b historia cōscribit.4679. Darius an.34. Judęoꝝ captiuitas resoluit.4713. Xerxes an.20. Sophocles t euripides tragędi celebrant insignes.4733. Artaxerxes an.40. Esdras incensā legē renouat.4773. Darius qui t nothus an.19. Hęc ętas habuit platonē. t gorgyam primū rhetorē.4792. Artaxerxes an.40 Hester historia scribit.4832. Artaxerxes q̄ t ochus an.26. Demosthenes t aristoteles ꝓdicant 4858. Xerxes an.4. Xenocrates illustris habet.4862. Darius an.6. Alexander hierosolymā cepit.4868. Alexander magn⁹ an.5. Asiā obtinuit.4873. Ptolemę⁹ an.40. Machabęorū liber inchoat primus.4913. Philadelphus an.38. Septuaginta interptes agnoscunt.4951. Euergetes an.26. Jesus sapientie libz̄ cōposuit.4977. Philopater an.17. Ab isto iudei prędio victi.40.milia cozzuerūt armatozum.4994. Epiphanes an.24. Machabęoꝝ secūda libz̄ historia cōponit. Romani grecos obtinuerunt 5018. Philometor an.35. Scipio africam vicit 5053. Euergetes an.29. Brut⁹ hispaniā subegit.5082. Sother an.17. Thraces romāis subiciūt.5099. Alexander an.10. Syria romanis subiecta est.5109. Ptolemęus an.8. Rhetorica ars romę cępit.5117. Dionysius an.30. Pompei⁹ iudęam capit.5147. Cleopatra an.22. Egyptus romanis subditur.5149. Julius cęsar an.5. Hic primus monarchiā tenuit.5154.

Sexta ętas. 6000

Crauianus an.56. Christus nascitur.

Tiberius an.23. Xp̄us crucifigit 5233. Caius galicula an.4. Matthe⁹ euāgeliū scripsit.5237. Claudius an.14. Marcus euangelū edidit.5251. Nero an.14. Petrus t paulus necant.5265. Uespasian⁹ an.10. Hierosolyma a tito subuertitur.5275. Titus an.2. Hic facundus t pius fuit.5277. Domitian⁹ an.16. Jobes ī pathmos relegat.5293. Nerua an.1. Jobes ephesum redijt.5294. Traian⁹ an.19. Jobes aplus requiescit.5313. Adrianus an.21. Aquila interptes habet.5334. Antoninus pius an.22. Valētinus t Marcion agnoscunt.5356.

Antoninus verus an.19. Catafrigarū heresis orit.5375. Cōmodus an.13. Theodocion tertⁱ interptes habet.5388. Elius prinat an.1. Nihil habet historię.5389. Seuerus an.18. Simmachus interptes quartus habet.5407. Antonin⁹ inus caracalla an.7. Quinta editio hierosolymis inuenit.5414. Macrinus an.1. Hui⁹ brevitas vitę nihil gestoꝝ habet.5415. Aureli⁹ antonin⁹ an.4. Sabellij heresis orit.5419. Alexander an.13. Origenes insignis habetur.5432. Maximus an.3. Iste germanos vicit.5435. Gordianus an.7. Iste de parthis t persis triūphauit.5441. Philippus an.7. Hic prim⁹ xp̄ianus impator fuit.5448. Decius an.1. Antoni⁹ monach⁹ claruit.5449. Gallus an.2. Nouat⁹ heresim condidit.5451. Valerianus an.15. Eyprianus martyrio coronatur.5466. Claudius

an.z. Iste gotthos ab illirico expulit. 5468. Aurelianus an.5. Iste xpianos psequit. 5474. Tacitus an.1. Huius breuitas vite nihil habet historie. 5475. Probus an.6. Manicheorum heresis orta est. 5481. Carus an.2. Iste de psis triumphauit. 5483. Diocletianus an.20. Iste diuinis libris adustis martyria facit. 5503. Valerius an.2. Huius breuitas vite nichil dignū historie contulit. 5505. Constantinus an.30. Nicena synodus congregatur. 5535. Constantius an.24. Antropomorphitaꝝ heresis oritur. 5559. Julianus an.2. Hic ex xpiano pagan⁹ effectus est. 5561. Jouinianus an.1. Iste iterum xpianus effectus est. 5562. Valens an.14. Gotthi heretici efficiuntur. 5576. Gratianus an.6. Priscillianus agnoscitur. 5582. Valentinianus an. 7. Hieronymus in bethleem predicatur. 5589.

Theodosius an.3. Johannes anachorita claruit. 5592. Archadius an.13. Johannes chrysostomus floruit. 5605. Honorius an.18. Augustinus epus claruit. 5620. Theodosius an.27. Nestor⁹ heresiarches extitit. 5647. Marcianus an.6. Chalcedonēsis synodus agitur. 5653.

Leo maior an.16. Egypt⁹ errore dioscori latrat 5669. Cenon an.17. Acephalorū heresis orta ē. Corp⁹ barnabe apli ⁊ euangeliū matthei repertū est. 5686. Anastasius an.27. Fulgentius epus predicatur. 5713. Justinus an.8. Acephalorum heresis abdicatur. 5721. Justinianus an.29. wandali in africa a Belisario extinguunt. 5760.

Justinus an.xj. Armenij fidem xpi suscipiunt. 5771. Tiberius an.7. Longobardi italiā capiūt. 5778. Mauriti⁹ an.21. Gotthi catholici effecti sunt. 5799. Focas an.8. Romani cēdūtur a psis. 5807. Eraclius an.27. Huius ⁊ntor quarto religiosissimi principis fisepuri in hispania iudei baptiçantur. Residuū sexte ætatis temp⁹, soli deo est cognitum. 5857.

Incipit liber sextus de veteri ⁊ nouo testamento Cap.i.

Vetus testamentū ideo dicitur, quia veniente nouo cessauit. De quo apostol⁹ meminit dicens; Vetera transierūt ⁊ ecce oīa noua facta sūt. Testamētū aūt nouū ideo nuncupat⁹ q; innouat. Nō eni illud discunt nisi homines renouati ex vetustate p gratiam. ⁊ pertinentes iam ad testamentū nouū quod est regnū celoꝝ. Hebrei autē vetus testamentum esdra auctore iuxta numeꝝ litterarū suaꝝ in.xxij. libris accipiūt. diuidētes eos in tres ordines legis scilicz ⁊ pheteꝝ ⁊ agiographoꝝ. Prim⁹ ordo legis in ⁊nqz libris accipit. quoꝝ prim⁹ est breith qd est genesis, secūdus eleſmoth. qd ē exodus, tertius vagecra. qd est leuiticus, quart⁹ vagedaber quod ē numerus, quintus elleaddabarim. quod ē deuteronomiū. Hi sunt quinqz libri moysi. quos hebrei thorat vocant. latini legē appellant. Propterea antē lex appellatur. q; p moysen data ē. Secundus ordo ē pheteꝝ. in q̄ continent⁹ libri octo. quoꝝ primus iosue bennun. qui latine iesu naue dicitur, secundus sophim. qd est iudicū, tertius samuel. qui est regum primus, quart⁹ malachim. qui est regum secundus, quint⁹ esaias, sextus hieremias, septimus eçechiel, octau⁹ taresra qui dicitur. xij. pheteꝝ. qui libri q; sibi p breuitate adiuncti sūt. p vno accipiunt⁹. Tertius ē ordo agiographoꝝ. id est sancta scribentiū. in quo sūt libri nouē, quoꝝ primus iob, secūdus psalteriū, tert⁹ masloth. quod est prouerbia salomonis. quartus coeleth qd est ecclesiastes, quintus syrasirim. qd ē cantica canticoꝝ, sextus daniel, septim⁹ dabreia min quod ē verba dierū. hoc est paralypomenon qui ē cristonicon. qui i duos libros diuidit⁹ apud greços ⁊ latinos, octauus esdras, non⁹ hester. qui simul omnes. v. viij. ⁊ ix. fiunt. xxij. sicut superius comprehensi sunt. Quidam autē ruth ⁊ cinoth. quod latine dicit⁹ lamentatio hieremie. agiographis adijciunt ⁊. xxiij. volumina testamēti veteris faciunt. iuxta. xxiiij. seniores qui ante conspectum dñi assistūt. Quartus ē apud nos ordo veteris testamenti eoꝝ liboꝝ qui i canone hebraico non sunt. Quorum primus sapientie liber est. secundus ecclesiastic⁹. iij. tobie. iiij. iudith. v. ⁊ vj. machabeorum. quos licz iudei inter apocrypha seperent. ecclesia tamē xpi inter diuinos libros ⁊ honorat ⁊ predicat. In nouo autē testamēto duo sunt ordines. primus euangelic⁹. in quo sūt matheus. marcus. lucas ⁊ iohannes. secundus apostolicus. in quo sūt paulus in. xiiij. epistolis. pet⁹ in duabus. iohānes in tribus. iacobus ⁊ iudas i singulis. act⁹ apl̄oꝝ ⁊ apocalypsis iohānis. Summa aūt vtriusqz testamenti trifarie distinguit⁹. id est in historia. in mor⁹. in allegoria. Rursus ista tria multifarie diuidunt⁹. id ē. quid a deo. quid ab angelis uel ab hominib⁹ gestū dictūqz sit. quid a pheteis nunciatum de xpo ⁊ corpore eius. quid de diabolo ⁊ membris eius. qd de veteri ⁊ nouo pl̄o. qd de presenti seculo ⁊ futuro regno atqz iudicio.

De scriptoribus ⁊ vocabulis sanctoꝝ liboꝝ Cap.ii.

Veteris testamenti ſm hebraeoꝝ traditionem hi phibet⁹ auctores. Primus moyses diuine historie cosmographiā i ⁊nqz voluminibus edidit. quod pentateucū nominat. Pentateucū autem a ⁊nqz voluminibus dicitur ⁊ Penta eni grece ⁊nqz. teucen volumē vocat. Genesis liber inde appellatur. eo q; exordiū mundi ⁊ generatio seculi in eo contineat. Exodus vo exitum ab egypto uel egressum populi isrl̄ digerit. ⁊ ex ea causa nomen accepit. Leuiticus appellat⁹ eo q; leuitarum ministeria ⁊ diuersitatem victimarū exequit⁹. totusqz i eo ordo leuiticus annotat⁹. Numeroꝝ liber vocatur eo q; in eo egressę de egypto

tribus dinumerãtur. ⁊. xl. duaꝝ p heremũ mãsionũ in eo descriptio cõtinet. Deuteronomiũ greco sermone appellat. qđ latine interpꝛat secũda lex. id est repetitio ⁊ euãgelicę legis pfiguratio. quę sic ea habet quę pꝛiora sũt ut tñ noua sint oĩa quę in eo replicãt. Josue liber nomẽ accepit a iesu filio naue. cui⁹ histoꝛiã cõtinet. scriptoꝛem ꝯo eius eũdẽ iosue hebꝛei asseuerãt. i cui⁹ textu post iozdanis tranſitũ regna hostiũ subuertũt. terra victoꝛi populo diuidit. ⁊ p singulas vꝛbes viculos montes atq; cõfinia ecclesię cęlestisq; irĩm spũalia regna pfigurant. Judicũ notat a pncipib⁹ ꝑli. q̃ pfuerũt in isꝛl post moysen ⁊ iosue añq; dauid ⁊ cęteri reges existerẽt. Huic libꝛũ ⁊ ruth. edidisse creditur samuel. Liber samuel eiusdem samuelis natiuitatẽ. ⁊ sacerdotiũ ⁊ gesta describit. idcirco ⁊ ab eo nomen accepit. Et q̃uis hic liber saul ⁊ dauid histoꝛiã cõtineat. vtriq; tñ ad samuel referunt. qꝛ ipse vnxit saul in regnũ. ipse dauid i regem futuꝝ. Cui⁹ libꝛi primã partẽ conscripsit idẽ samuel. sequẽtia ꝯo eius vsq; ad calcẽ scripsit dauid. Malachim liber, pinde appellat. eo q̃ reges iudę ⁊ israhelitię gẽtis. gesta q; coꝝ p ordinẽ digerat tẽpoꝝ. Malachim enĩ hebꝛaice. latine regũ interpꝛat. Huic libꝛũ hieremias primus i vnũ volumẽ coegit. Nã antea sparsus erat p singulorũ regũ histoꝛias. Paralypomenon gręce dicitur qđ nos pꝛetermissoꝝ uel reliquoꝝ dicere possum⁹ q; ea quę in lege uel regũ libꝛis. uel omissa uel nõ plene relata sũt. in isto sũmatim ⁊ bꝛeuit⁹ explicãtur. Libꝛũ iob. quidã moysen scripsisse arbitrãt. alij vnũ ex ꝓpheris; nõnulli ꝯo eundem iob post plagã suę passiõis scriptoꝛẽ fuisse existimãt. arbitrantes. ut q̃ certamina specialis pugnę sustinuit ipse narraret q̃s victoꝛias expediuit. Principia aũt ⁊ fines libꝛi iob apud hebꝛęos. psalꝛa ozatiõe texta sũt. media aũt ipsi⁹ ab eo loco in q̃ ait; Pereat dies in qua nat⁹ sũ. vsq; ad eũ locũ; Idcirco ego me repḧẽdo ⁊ ago pęnitẽtiã. oĩa heroico metro discurrũt. Psalmoꝝ liber gręce psalteriũ. hebꝛaice nablũ. latine oꝛganũ dicit. Vocat⁹ aũt liber psalmoꝝ q̃ vno ꝓpheta canẽte psalteriũ chorus consonando responderit. Titulus autem in psalmis hebꝛaicus ita est. .quod interpꝛetat volumen hymnoꝝ. Auctoꝛes autem psalmoꝝ sũt q̃ ponũt i titulis moyses scilicz ⁊ dauid ⁊ salomon. asaph ethan ⁊ idithun. ⁊ filij choꝛe heman ęcraitę ⁊ reliquoꝛũ. quos esdras vno volumine cõpꝛehẽdit. Hẽs aũt psalmi apud hebꝛęos metrico carmine cõstãt esse cõpositi. Nam in moꝛe romani flacci ⁊ gręci pindari. nũc alij iambo currũt. nũc elegiaco pꝛonãt. nũc sapphico nitent trimetro uł terrametro pede incedẽtes. Salomon filij⁹ dauid regis isꝛl iuxta numerũ vocabuloꝝ suoꝝ tria volumina edidit. quoꝝ primus est hebꝛaice masloth. quẽ gręci pabolas. latini pꝛeꝛbioꝝ noĩant. eo q̃ in ipso sub cõparatiua similitudine figuras verboꝝ ⁊ imagines veritatis ostenderit. ipsam aũt veritatẽ ad intelligendũ legem i/bus reseruauit. Secundũ libꝛũ coeleth vocauit. qđ gręce ecclesiasten dicitur. latine concionatoꝛ. eo q̃ sermo ei⁹ nõ specialit⁹ ad vnũ sicut in ꝓuerbijs. ꝫ ad vniuersos generalit⁹ dirigat⁹. docens oĩa quę in mundo sunt caduca eẽ ⁊ bꝛeuia. ⁊ ob hoc minime appetẽda. Tertiũ libꝛũ sirasirim pꝛenotauit. qđ in latina lingua vertit⁹ cãtica cãticoꝝ. vbi p epithalamiũ carmẽ cõiũctionẽ xp̃i ⁊ ecclesię mystice canit. Dictũ aũt canticũ canticoꝝ eo q̃ oĩb⁹ canticis pferat⁹ quę i scripturis sacris habent⁹. sicut quędã i lege dicũt⁹ sca. quib⁹ maiora sũt sca scoꝝ. Hoꝝ aũt triũ libꝛoꝝ carmina. heꝛametris ⁊ pentametris versib⁹ apud suos cõpositꝛa phibeut⁹. ut iosephus ⁊ hieronym⁹ scribũt. Esaias euãgelista potius q̃ ꝓphęta edidit libꝛũ suũ. cui⁹ ⁊ oĩs textꝰ eloquẽtię pꝛosa incedit. cãticũ ꝯo heꝛametro ⁊ pentametro versu discurrit. Hieremias similit⁹ edidit libꝛũ suũ cũ threnis suis. q̃s nos lamẽta vocam⁹. eo q̃ in tristioꝛib⁹ reb⁹ funeribusq; adhibeant⁹. in quibus quadruplicẽ diuerso metro cõposuit alphabetũ. Quoꝝ duo pma quasi sapphico metro scripta sũt. q̃a tres versiculos qui sibi nexi sũt. ⁊ ab vna tñ littera incipiũt. heroicũ cõma cõcludit. Tertiũ alphabetũ trimetro scriptũ est. ⁊ a ternis litteris. idem terni ꝯsus icipiũt. Quartũ alphabetũ simile pmo ⁊ secundo habet⁹. Ezechiel ⁊ daniel a viris q̃busdã sapiẽtib⁹ scripti esse phibent⁹. quoꝝ ezechiel pncipia ⁊ fines. multis habet obscuritatib⁹ inuolutꝛa. Daniel ꝯo claro sermone regna oꝛbis. pnũciat ⁊ tẽpus aduent⁹ xp̃i manifestissima pędicatiõe annotat. Hi sũt q̃ttuoꝛ ꝓpheꝛę q̃ maioꝛes vocãt⁹. q; plixa volumina cõdiderũt. Liber aũt. xij. ꝓpheꝛaꝝ auctoꝝ suoꝝ noib⁹ pꝛenotat⁹. q̃ ꝓpterea dicũt⁹ minoꝛes. quia sermones eoꝝ bꝛeues sũt. Unde ⁊ cõnexi sibimet inuicem in vno volumine cõtinẽt⁹. quoꝝ noĩa sũt; osee. iohel amos. abdias. ionas. micheas. naum. abachuc. sophonias. aggę⁹. ẓacharias ⁊ malachias. Esdrę liber auctoꝛis sui titulo pꝛenotat⁹. in cuius textu eiusdẽ esdrę neemięq; sermones pariter cõtinent. Nec q̃ęq; moueat q̃ vn⁹ esdrę dicit⁹ liber. q; secũdus terti⁹ ⁊ quart⁹ nõ habent⁹ apud hebꝛęos. ꝫ int apocryphos deputant. Hester libꝛum esdras creditur conscripsisse. in quo eadẽ regina sub figura ecclesię dei pplm a fuitute ⁊ morte eripuisse scribit⁹. atq; in effecto hoste aman q̃ interpꝛat⁹ iniquitas. dieĩ celebritas i posteros mittit⁹. Liber sapientię apud hebꝛęos nusq; est. vñ ⁊ ipse titulus gręcã magis eloquẽtiã redolet. Huic iudei philonis esse affirmãt. qui, pinde sapiẽtię notat⁹. q̃ i eo xp̃i aduen⁹ q̃ ẽ sapia patris ⁊ passio ei⁹ euidẽt⁹ exꝓmit⁹. Liber aũt ecclesiasticũ certissime iesus filij⁹ syrach hierosolymita nepos ielu sacerdoꝛ magni cõposuit. cui⁹ meminit ⁊ ẓacharias. q̃ liber apud latinos ꝓpter eloquij filitudinẽ salomonis titulo pꝛenotat⁹. Dict⁹ aũt ecclesiastic⁹ eo q̃ de toti⁹ ecclię disciplina religiosiq; cõuersatiõis magna cura ⁊

Judit Thobias

euāgelioꝝ sonꝫ quatuor

rōne sit editus. Hic liber apud hebræos reperitur. & inter apocryphos habet. Judith ẏo & tobias siue machabeoꝝ libri. quib' auctoritb' scripti sint minime constat. Habēt aūt vocabula ex eoꝝ nominibus quoꝝ gesta scribūt. ¶ Quattuor libros euāgelioꝝ q̄ttuor euāgeliste singulariť cōscripserūt. Prim' matthæus conscripsit euāgeliū litteris hebraicis & sermonib' in iudea initians euāgelizare ab humana xpi natiuitate. dicēs: Liber generatiōis ihu xpi filij dauid filij abraham. significans descēdisse corpaliť ex semine patriarchaꝝ xpm. sicut pmissū erat i ꝓpheꝫ p spm scm. Secūd' marc' plen' spū scō scripsit euangeliū xpi. eloquio græco in italia. secut' petrū ut discipulus. Jo initiū a spiritu ꝓpherali fecit. dicēs: Vox clamātis i deserto parate viā dñi. & reliq̄. ut ostenderet xpm post assumptionē carnis. euāgeliū p̄dicasse i mūdo. Ipse enī xps & ꝓpheta dicť ē. sicut scriptū ē: Et ꝓphetā in gentib' posui te. Lerrius lucas inē omēs euangelistas græci sermonis eruditissimus quippe ut medicus i græcia euāgeliū scripsit theophilo cpo. initiās a sacerdotali spū dicēs: Fuit in diebus herodis regis iudeę sacerdos quidā noie zacharias. ut manifestaret xpm post natiuitatē carnis & p̄dicationē euāgelij hostiā fuisse effectū p salute mundi. Ipse ē enī sacerdos de quo dictū est in psalmis: Tu es sacerdos in ęternū fm ordinē melchisedech. Ubi enī xpus aduenit. sacerdotiū iudęorum obmutuit. lex & ꝓpheria cessauit. Quart' iohānes scripsit euangeliū vltim' i asia. incipiēs a verbo. ut oñderet eundē saluatorē qui p nobis dignatus ē nasci & pati. ipsū ante sęcula dei verbū esse. ipsū a celo venisse. & post mortē terrū ad cęlū remeasse. Hi sūt q̄ttuor euangeliste q̄s p ęcechielē spūs scūs significauit i quattuor aialibus. Propterea aūt quattuor aialia. q: p quattuor mūdi partes fides xpianę religionis. eorum p̄dicatione disseminata ē. Animalia autē dicta sunt. qm̄ ꝓpter aiam hois p eos p̄dicať euāgeliū xpi. Nam & oculis plena erant intus & foris. qm̄ p̄cuidēt ea euāgelia quę dicta sūt a ꝓphetis & quę ꝓmiserāt in p̄iori tpe. Crura aūt eoꝝ recta. quia nihil p̄rauū i euāgelijs ē. Et alas senas tegentes crura & facies suas. reuelata sūt enī quę tegebāť i aduētu xpi. Euāgeliū aūt interpťať bona annūciatio. Bęcę enī eu bonū. angeliū dicit annūciatio. vnde & angel' nunci' dicit. Paul' aplus scripsit epłas. xiij. e quibus nouē septē ecclesijs scripsit. reliq̄s discipulis suis. timotheo. tito. & philemoni. Ad hebræos autē epła a plerisq̄ latinis eius esse incerta est ꝓpter dissonantiā sermonis. eandemq̄ alij barnabā cōscripsisse: alij a clemēte scriptā fuisse suspicanť. Petrus scripsit duas nominis sui epłas quę canonicę ideo nominanť. q: non vni tm̄ ꝓpło uel cuirati. sed vniuersis gentibus generaliter scriptę sūt. Jacobus & iohannes & iudas suas scripserūt epłas. Actus aplōrū primordia fidei xpianę in gentib' & nascētis ecclesię historiā digerit. Actuū aplōrū scriptorē lucā esse constat euangelistam: in quo opere nascentis ecclesię infantia texitur & aposteloꝝ historia cōtinetur. Unde & actꝰ apostoloꝝ dicitur. Apocalypsin libꝝ iohannes euāgelista scripsit eo tpe quo ob euāgelij p̄dicationē i insula pathmos tradit relegať. Apocalypsis aūt ex græco i latinū reuelatio interpťatur. Reuelatio enī dicit manifestatio eoꝝ quę abscōdita erāt. iuxta qō & ipse iohannes dicit: Apocalypsin ihu xpi quā dedit illi de palam facere seruis suis. Hi sūt scriptores sacorum libroꝝ qui p spiritū sanctū loquētes ad eruditionē nostrā & ꝓcepta viuēdi & credēdi regulam cōscripserūt. Dcerer hęc alia volumina apocrypha nūcupanť. Apocrypha aūt dicta. q: ē secreta. q: in dubiū veniūt. Est enī eoꝝ occulta origo. nec patet patrib' a quib' vsqꝫ ad nos auctoritas veraciū scripturaꝝ certissima & notissima successiōe puenit. In his apocryphis. & si inuenť aliq̄ veritas. tamē ꝓpter multa falsa nulla ē i eis canonica auctoritas quę recte a prudentib' iudicantur non ē eoꝝ credēda quib' ascribūť. Nam multa & sub noib' ꝓpherarū & recentiora sub noib' aposteloꝝ ab hereticis pferūť. quę oīa sub noīe apocryphoꝝ auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

De bibliothecis Cap. iii.

b Bibliotheca a græco nomen accepit. eo q ibi recōdanť libri. Nā biblio libroꝝ. theca repositio interpťať. Bibliothecam veteris testamēti esdras scriba post incēsam legē a chaldeis dū iudęi regressi fuissent in urbē. diuino afflatus spū repauit. cūctaqꝫ legis ac ꝓphetaꝝ volumina quę fuerūt a gentib' corrupta correxit. torūqꝫ vetus testamētū in. xxij. libros cōstituit. ut tot libri essent in lege quot habebantur & litterę. Apud græcos aūt bibliothecā prim' istituisse Pisistratus creditur athenien'sū tyrann'. quā deinceps ab athenien'sib' auctā Xerxes incensis athenis euexit i płas. lōgoqꝫ post tpe Seleuc' nicanor rursus in græciā retulit. Hinc studiū regibus vr. bibusqꝫ cęteris natū est compandi volumina diuersarū gentiū. & p interpretes in græcā linguam vertēdi. Debinc magn' Alexāder uel successores ei' instruendis omniū libroꝝ bibliothecis animū intēderūt. maxime Ptolemęus cognomēto philadelphus. oīs litteraturę sagacissimus. cū studio bibliothecarū Pisistratū emularet. nō solū gentiū scripturas. ꝫ etiā & diuinas litteras i bibliothecā suā contulit. Nam. lxx. milia libroꝝ bui' temporib' alexandrię inuenta sūt.

De interpretibus Cap. iiii.

b Je etiā & ab eleazaro pōtifice petēs scripturas veteris testamēti. in græcā vocem ex hebraica lingua p septuaginta interpres trāsferre curauit. quas i alexādrina bibliotheca habuit. Siq̄dē singuli i singulis cellulis separatim ita oīa p spm scm interpťati sūt. ut nihil i alicuius

eoꝝ codice inuētū esset qđ in cęteris uel in verboꝝ ordine discreparet. Fuerūt ꝛ alij interpretes q̄ ex hebraica lingua i grecū sacra eloquia trāstulerūt sicut aquila symmachꝰ ꝛ theodotion sicut etiā ꝛ vulgaris illa interpratio cuius auctor nō apparet ꝛ ob hoc sine noīe interpretis q̄nta editio nuncupat. Pręterea sextā ꝛ septimā editionē Origenes miro labore repperit ꝛ cū cęteris editionibꝰ cōparauit. Presbyter quoq; hieronymꝰ triū linguarū peritus ex hebręo i latinū eloquiū easdē scripturas cōuertit eloquenterq; transfudit. Cuiꝰ interpretatio merito cęteris anteferꝛ. Nam est ꝛ verboꝝ tenatior ꝛ pspicuitate sententię clarior atq; utpote xp̄iana interpretatio verior.

De eo qui primū romā libros aduexit Cap. v.

Omę primꝰ librorꝝ copiā aduexit Emilius paulus perse macedonū rege deuicto deinde Lucilꝰ e pontica pręda. Post hos cęsar dedit marco varroni negocium causa maxime bibliothecę construendę. Primū aūt rome bibliothecas publicauit Pollio grecas simul atq; latinas additis auctoꝝ imaginibus in atrio qđ de manubijs magnificentissimū instruxerat.

Qui apud nos bibliothecas instituerūt Cap. vi.

Apud nos q̄ Pamphilus martyr cuiꝰ vitam eusebius cesariensis cōscripsit; Pisistratū in sacre bibliothecę studio primus adęquare cōtendit. Hic enī i bibliotheca sua ꝓpe xxx. voluminū milia habuit. Hieronymꝰ quoq; ac Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quęrētes ordine ꝓsecuti sunt. eoꝝq; studia i vno voluminis indiculo comprehenderūt.

Qui multa scripserūt Cap. vii.

Arcus terentius varro apud latinos innumerabiles libros scripsit. Apud grecos q̄ calciter miris attollitur laudibꝰ q̄ tantos libros edidit quātos quisq; nostrū alienos scribere ꝓpria manu vix possit. De nr̄is quoq; apud grecos Origenes i scripturaꝝ labore tā grecos q̄ latinos operū suoꝝ numeros supauit. Denicq; Hieronymus sex milia librorꝝ eius legisse fatetur. Horū tm̄ oīuz studia Augustinus ingenio uel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit ut diebꝰ ac noctibus non solū scribere libros eius quisq; sed nec legere quidem occurrat.

De generibus opusculoꝝ Cap. viii.

Pusculoꝝ genera sunt tria. Primū genꝰ excerpta sūt quę grece scholia nūcupant in quibus ea quę vident obscura uel difficilia sūmatim ac breuiter pstringuntur. Secūdū genus omeliç sunt quas latini verbū appellāt quę pferūt i populis. Tertiū tomi quos nos libros uel volumina nuncupamus. Omeliç aūt ad vulgus loquūt. tomi ꝓo id est libri maioris sunt disputatiōis. Dialogus est collatio duoꝝ uel plurimoꝝ quē latini sermonē dicūt. Nam quos greci dialogos vocāt nos sermones vocam. Sermo aūt dicꝰ q̄a inter vtrūq; seriť. Un̄ ꝛ i Virgilio multa inter se serebant. Tractatus est vnius rei multiplex expositio eo q̄ trahat sensum in multa sentiēdi cōrectādo secū. Differt aūt sermo tractatus ꝛ ꝓbū. Sermo enī altera eget psona tractatus specialiť ad seipsū est. verbū autē ad oēs. Un̄ ꝛ dicť: Uerbū fecit ad populū. Cōmētaria dicta quasi cū mēte. Sūt enī interpratationes ut cōmēta iuris cōmēta euāgelij. Nā quicq̄d breuiť cōponiť cōmētariū dicť; qđ ꝓo elongať expositio nominať. Apologeticū ē excusatio i quo solēt q̄dā accusantibꝰ rndere. In defensiōe enī aut negatiōe sola positū ē. ꝛ ē nomē grecū. Panęgyricū est licentiosū ꝛ lasciuiosū genꝰ dicendi in laudibꝰ regū in cuiꝰ cōpositiōe hoies multis mēdacijs adulāt. Dō malū a grecis exortū ē; quoꝝ leuitas instructa dicendi facultate ꝛ copia incredibili multas mēdacioꝝ nebulas suscitauit. Fastorū libri sūt in quibꝰ reges uel cōsules scribunť. a fascibꝰ dicti. id est potestatibꝰ. Un̄ ꝛ Ouidij libri fastoꝝ dicūtur q: de regibꝰ ꝛ cōsulibꝰ editi sūt. Proœmiū est initiū dicendi. Sūt enī proœmia principia librorum quę ante causę narrationē ad instruēdas audientiū aures coaptanť. cuius nomē plęriq; latinitaťq; periti sine trāslatiōe posuerūt. Hoc aūt vocabulū apud nos interpratū. pręfatio nuncupať. quasi pręlocutio. Pręcepta sunt quę aut q̄d faciēdū. aut q̄d nō faciēdū sit docēt. Quid faciendū. ut dilige dn̄m deū tuū. ꝛ honora patrē tuū ꝛ matrē tuam. Quid nō faciendū. ut nō mechaberis. non furtū facies. Similiť ꝛ gētiliū pręcepta ul̄ iubēt uel vetāt. Jubēt faciēdū. ut nudus ara. sere nudꝰ. Uetant ut neue inť vites corylū sere. neue flagella sūma pete. Primꝰ aūt pręcepta apud hebręos moyses scripsit. apud latinos martius vates primus pręcepta cōposuit. Ex quibꝰ ē illud. postremꝰ dicas. primꝰ taceas. Parabolę ꝛ pblemata noībus suis indicāt altꝰ sepscrutari oportere. Parabola q̄ppe alicuiꝰ rei similitudinē pr̄ se gerit. qđ licz sit vocabulū grecū. iam tm̄ ꝓ latino vsurpať. Et notū ē q̄ in pabolis quę dicūť p rerū silitudines rebus de quibꝰ agitur compant. Problemata aūt quę latine appellanť ꝓpositiōes. quęstiōes sūt habētes aliq̄d qđ disputatiōe soluēdū sit. Quęstio aūt ē quęsitio cū querit an sit. an q̄d sit. an quale sit. Argumentū ꝓo dictū quasi argutū. uel q̄ sit argute inuentū ad cōprobandas res. Epistolam ꝓpe greci vocāt. qđ interpratť latine missa. Stola enim siue stoli missa uel missi. Ante chartę ꝛ membranarū vsum in dolatis ex ligno codicillis epistolarū eloquia scribebātur. Unde ꝛ portitores earum tabellarios vocauerunt.

De cęris Cap. ix.

Ęrę lrāꝝ materies puuloꝝ nutrices ipsę dāt ingeniū pueris pmordia sensus. ęrū studiū pmi greci tradidisse pdūť. Hęci enī ꝛ tusci. pmū ferro in cęris scripserunt. postea romani iusserūt ne graphiū ferreū q̄s haberet

Unde ꝛ apud scribas dicebatur: ꝙram ferro ne cędito. Postea institutū est ut cērā ossib⁹ scriberēt sicut indicat atta. in satyra dicēs: Uertamus vomerē in cēram mucroneq; aren⁹ osseo. Graphiū aūt grēce. latine scriptoriū dicitur; Nam graphi scriptura dicitur.

De chartis Cap.x.

Hartaꝙ vsum primū ęgypt⁹ ministrauit
c ceptū apud memphiticā vrbē. Mēphis
enī cunitas ęgyptioꝝ est vbi chartę vsus
inuēt⁹ ē primū. sicut ait Lucanus. Cōficiē bibula mēphitis charta papyro. Bibulam aūt papyrū dixit. q humorē bibat. Charta autē dicta q carptim papyri tegmē decerptū glutinat. Cuius genera q̄plura sunt. Prima et pręcipua augustea regia. maioris formę. i bonorē Octauiani augusti appellata. Secūda libyana ob bonorē libyę. p uintię. Tertia hieratica dicta eo q ad sacros libros eligebatur. similis augusteę sed subcolorata. Quarta teneotica a loco alexandrię qui ita vocat vbi fiebat. Quinta saitica ab oppido sāo. Sexta cornelliana a Cornelio gallo prefecto ęgypti primū confecta. Septima emporitica q ea merces inuolnūtur cū sit scripturis minus idonea.

De pergamenis Cap.xi.

Ergameni reges cum charta indigerent
p mēbrana primi excogitauerunt. Unde
ꝛ pergamenarū nomē hucusq; tradente posteritate sibi seruatū est. Hęc ꝛ mēbrana dicūtur. q. ex mēbris pecudū detrahūtur. Fiebant enī primū coloris lutei. id est crocei. Postea ꝙ romę candida mēbrana repta sūt. q apparuit inhabile esse. q ꝛ facile sordescāt. aciemq; legentiū lędant: cū peritiores architecti neq; aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putēt. neq; pauimenta alia q̄ caristeo marmore. q auri fulgor hebetat. ꝛ caristi viriditas reficiat oculos. Nam ꝛ qui nummulariā discūt. denarioꝝ formis i myrteos pannos subiiciūt. ꝛ gēmaꝝ sculptores. scarabeoꝝ terga quibus nihil est viridius subinde respiciunt. ꝛ pictores idem faciūt. ut laborē visus eoꝝ viriditate recrecent. Membrana aūt aut cādida aut lutea aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt Luteū mēbranū bicolor est. quod a cōfectore vna tingit parte id ē crocat. de quo Persius. Jam liber ꝛ positis. bicolor mēbrana capillis. Purpurea ꝙ inficiūtur colore purpureo in quib⁹ aurū ꝛ argentum liquescens pateſcat in litteris.

De libris conficiendis Cap.xii.

Ędā genera liboꝝ apud gentiles certę
q modulis conficiebantur. breuioꝛe forma carmina atq; epistolę. At ꝙ historię maioꝛe modulo scribēbāt. ꝛ nō solū in charta uel mēbranis ꝛ etiā ꝛ i momētis elephātinis textilibusq; maluarū foliis atq; palmarū. Cui⁹ generis Ennia sic meminit. Hęc tibi areteis multū iuigilata lucernis Carmina. quis ignes nouim⁹ aereos; Lenis i gracilo maluę descripta libello. Pausiaca veri munera nauicula. Circūcidi libros sicilię primū increbuit. Nam initio pumicabantur. vnde ꝛ Catullus ait. Cui dono lepidum nouū libellum. arido modo pumice expolitum.

De liboꝝ vocabulis Cap.xiii.

Odex multoꝝ liboꝝ est. liber vni⁹ vo
c luminis. Et dictus codex p translationē a codicib⁹ arboꝝ seu viriū: quasi caudex q in se multitudinē liboꝝ quasi ramoꝝ connexeat. Uolumen liber est a volucndo dictus. sicut apud hebręos volumina legis. volumina pphetarum. Liber est interior tunica corticis quę ligno cohęret. in qua antiqui scribebāt. de quo Virgil⁹ sic: alta liber aret in vlmo. Unde ꝛ liber dicitur in quo scribim⁹. q. ante vsū chartę uel mēbranarum de libris arboꝝ volumina fiebant. id est cōpaginabantur. Unde ꝛ scriptores a libris arboꝝ librarios vocauerunt.

De librariis ꝛ eoꝝ instrumentis Cap.xiiii.

Librarios cōstat ante bibliopolas dictos
l Liboꝝ enī greci biblum vocant. Librarij aūt idē ꝛ antiquarij vocant. ꝗ librarij sūt qui ꝛ noua ꝛ vetera scribūt. antiquarij qui tantū modo vetera. vnde ꝛ nomen sumpserunt. A scribēdo autē scriba nomē accepit. officiū exprimens vocabuli qualitate. Instrumenta scribę. calamus ꝛ penna. Ex bis enī verba paginis infigūtur. sed calam⁹ arboris ē. penna auis. cui⁹ acumen in duo diuidit. in toto corpore vnitate seruata. credo ꝙ mysteriū. ut i duobus apicibus vetus ꝛ nouū testamentū signaretur. quibus exprimitur verbi sacramentū sanguine passionis effusum. Dictus aūt calamus q liquoꝝ ponat. vnde ꝛ apud nautas calare ponere dicit. Penna aūt a pendendo vocata. id est volando. Est enī ut diximus auiū. Folia aūt liboꝝ appellata. sine ex similitudine foliorum arboꝝ. seu quia ex follib⁹ fiunt. id est ex pellib⁹ quę de occisis pecudibus detrahi solent. cuius partes paginę dicunt. eo q sibi iuicē compingant. Uersus autē vulgo vocati. quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enī ad dextrā primū deducebant stilum. deinde conuertebant ab inferiore. rursus ad dextrā versus. quos ꝛ hodie rustici versus vocāt. Scheda est quod adhuc emēdatur. ꝛ necdum in libris redactum est. ꝛ est nomen grecum. sicut ꝛ tomus.

De canonibus euangeliorum Cap.xv.

Anones euāgelioꝝ Ammoni⁹ alexādrię
c epus primꝰ excogitauit. quē postea Eusebius cesariensis secut⁹ plen⁹ composuit. Qui ideofacti sūt. ut p eos iuenire ꝛ scire possem⁹ q reliquoꝝ euāgelistaꝝ similia aut ꝓpa dixerunt. Sūt aūt numero decē. quoꝝ pm⁹ cōtinet numeros i quib⁹ quattuor eadē dixerūt: matthęus marcus lucas ꝛ iohānes. Secūd⁹ i quib⁹ tres: matthęus marcus. lucas. Tert⁹ i quib⁹ tres: matthę⁹. lucas ꝛ iohānes. Quart⁹ in quib⁹ tres: matthę⁹. marc⁹ iohannes. Quint⁹ i quib⁹ duo: matthęus. lucas.

Sextus in quib⁹ duo·matthęus marc⁹. Septim⁹ in quib⁹ duo·matthęus·iohānes. Octau⁹ in qb⁹ duo·lucas·marcus. Non⁹ in quib⁹ duo·lucas·iohannes. Decim⁹ in quib⁹ singuli coꝝ ꝓpria quędā direrūt: quoꝝ expositio hęc ē: ¶Per singulos enim euāgelistas numerus quidā capitulis affixus adiacet·quib⁹ numeris subdita est ęra quędā·minio notata quę indicat in quoro canone posit⁹ sit numer⁹ cui subiecta ē ęra.verbi grā: Si ē ęra ꝑma in primo canone·si secūda i secūdo·si tertia i tertio.ꝛ sic p ordinē vsqꝫ ad decimū puenies. Si igit aperto quolibet euāgelio placuerit scire qui relioquoꝝ euāgelistaꝝ similis dixerūt·assumes adiacentē numerū capituli.ꝛ requires ipsū numerū in sao canone quē indicat·ibiqꝫ inuenies qui ꝛ qđ dixerūt.ꝛ ita demū in corpore inquisita loca quę ex ipsis numeris indicāt ꝑ singula euāgelia·de eisdem dixisse inuenies.

De canonibus conciliorum Cap.xvi.

Anon aūt grēce latine regula nuncupat.

e Regula aūt dicta q recte ducit·nec aliqñ alioꝛsū trahit. Alij dixerūt regulā dictā uel q regat·uel q normā recte viuēdi ꝓbeat·uel q distorū prauūqꝫ qđ corrigat. Canones aūt generaliū conciliorum a tēporib⁹ constātini cęperūt. In ꝓcędēnib⁹ nāqꝫ annis pśecutiōe feruente·docēdarū plebiū minime dabat facultas. Inde xp̄ianitas i diuersas hereses scissa est·quia nō erat licentia ep̄is in vnū cōuenire nisi tpe supradicti imperatoris. Ipse enī dedit facultatē xp̄ianis libere cōgregari. Sub hꝫ etiā sancti patres in concilio niceno de oi orbe terraꝝ conuenientes iuxta fidē euāgelicā ꝛ aplicā·secundum post aplos symbolū tradiderūt. Inter cętera autem cōcilia ūtuor ēē scim⁹ venerabiles synodos quę totā ꝑncipaliter fidem complectūt·q̄si ūtuor euangelia·ul totidē paradisi flumina. Maꝝ prima nicena synodus.ccc.xviij.ep̄oꝝ constantino augusto iiiꝑ tepacta ē. In q̄ arrianę pfidię cōdēnata blasphemia·quā de ineq̄litate sanctę trinitat⁹ idē arrius asserebat·cōsubstātialē deo patri deū filiū eadem sancta synodus p symbolū definiuit. Secūda synod⁹.c.l.patrū sub theodosio seniore cōstātinopoli congregata est quę macedoniū spiritū sanctū deū ē negantē cōdēnans·consubstantialē patri ꝛ filio spiritū sanctū demōstrauit·dans symboli formā quā tota greꝯ ꝛ latinoꝝ cōfessio i eccl̄sijs pędicat. Tertia synod⁹ ephesina prima ducentoꝝ episcopoꝝ sub iuniore theodosio augusto edita ē·quę nestoriū duas psonas in xp̄o asserētē iusto anathemate cōdēnauit·ostendens manere i duab⁹ naturis vnā dñi nostri ihesu xp̄i psonam. Quarta synod⁹ chalcedonēsis.d.c.xxx.sacerdotū sub martiano ꝑncipe habita est in qua euticen constātinopolitanū abbatē ꝛ bi dei ꝛ carnis vnā naturā ꝓnunciātē.ꝛ ei⁹ defensorē dioscoꝝ quondā alexandrinū epm.ꝛ ipsū rursū nestoriū cū reliquis hereticis vna patrū sentētia pędamnauit pędicans ea dē synodus·xp̄m dñm de virgine sic natū·ut in eo substātiā diuinę ꝛ humanę cōfitearmur nature. Hęc sūt ūtuor synodi ꝑncipales·fidei doctrinā plenissime pędicātes. Hꝫ ꝛ si q̄ sūt cōcilia quę sci patres spū dei plen sanxerūt·p⁹ istaꝝ ūtuoꝝ auctoritatē·oi manēt stabilita vigore·q̄rū gesta i hoc ope cōdita ꝓtinēt. Synodū aūt ex greco interꝓtari comitatū uel cętū. Cōciliū vo nomē tractū ex more romano. Tempore enī q causę agebant·cōueniebāt oēs i vnū·coiqꝫ intētiōe tractabant. Unde ꝛ cōciliū a coī intēciōe dictū q̄si cōsiliū. Nā cilia oculoꝝ sūt·vnde ꝛ confidū·id ē consiliū d.in.l.litterā trāscūte. Cętus vo cōuent⁹ est uel cōgregatio a cocūdo·id ē cōueniēdo in vnū vnde ꝛ cōuentus ē nūcupatus·sicut a conuētu cętus·ita ꝛ conciliū a societate multoꝝ in vnū.

De cyclo paschali Cap.xvii.

Ascalē cyclū hi ꝑpolytus epūs tēporib⁹ p alexādri imperatoris primꝰ ꝓscripsit. Post quē ꝑbatissimi auctores·euseb⁹ cęsariensis·theophilus alexādrin⁹·.psper q̄z natiōe aquitanus arq; victorin⁹ amplificatis eiusdē festiuitatis rōnib⁹·multiplices circulos ediderūt. Cui qdē rōnē beatissim⁹ Cyrill⁹ alexādrine vrbis epūs in nonagintaq̄nqꝫ annos·p q̄nquies decēnouies calculās·quoro kalēdas uel luna debeat pascalis solēnitas celebrari summa breuitate notauit. Cyclus aūt vocat⁹ eo q i orbe digestus sit.ꝛ q̄si in circulo dispositū ordinē cōplectat annoꝝ sine varietate ꝛ sine vlla arte. Unde factū ē ut cuiusqꝫ materię carmina simplici formitate facta·cyclica vocarēt. Hinc ꝛ latine cyclū dictū q ordinē beat statū annoꝝ.

	Primus cyclus	Luna.
B	c.ij.idus aprilis	xx.
	c.vj.kal. aprilis	xvj.
	E.xvj.kal. maij	xvij.
	c.vj.idus aprilis	xx.
B	c.ix.kal. aprilis	xv.
	E.ij.idus aprilis	xvj.
	c.ij.noñ. aprilis	xix.
	E.viij.kal. maij	xx.
B	c.v.idus aprilis	xv.
	c.ij.kal. aprilis	xviij.
	E.xij.kal. maij	xix.
	c.noñ. aprilis	xv.
B	c.v.kal. aprilis	xvij.
	E.xvj.kal. maij	xviij.
	c.vj.idus aprilis	xxj.
	c.ix.kal. aprilis	xvij.
B	c.idus aprilis	xvij.
	c.ij.noñ. aprilis	xx.
	E.viij.kal. maij	xxj.
	Secundus cyclus.	
	c.v.idus aprilis	xviij.
B	c.ij.kal. aprilis	xx.
	E.xij.kal. maij	xxj.

c.noñ. aprilis xvij.
c.v.kal. aprilis xx.
B E.xvj.kal. maij xx.
c.kal. aprilis xvj.
E.xj.kal. maij xvij.
c.idus aprilis xx.
B c.v.kal. aprilis xv.
E.xv.kal. maij xvj.
c.v.idus aprilis xix.
c.viij.kal. aprilis xv.
B E.idus aprilis xv.
c.noñ. aprilis xviij.
c.v.kal. aprilis xxj.
E.iij.idus aprilis xv.
B c.kal. aprilis xvij.
E.xj.kal. maij xviij.

Tertius cyclus

c.viij.idus aprilis xv.
c.iij.kal. aprilis xviij.
B E.xv.kal. maij xviij.
c.v.idus aprilis xxj.
c.viij.kal. aprilis xvij.
E.xviij.kal. maij xviij.
B c.noñ. aprilis xx.
E.vij.kal. maij xxj.
c.iij.idus aprilis xvij.
c.iij.noñ. aprilis xx.
B E.xj.kal. maij xx.
c.viij.idus aprilis xvj.
c.iij.kal. aprilis xix.
E.xiij.kal. maij xx.
B c.iij.noñ. aprilis xv.
c.viij.kal. aprilis xviij.
E.xviij.kal. maij xix.
c.iij.kal. aprilis xv.
B E.xiij.kal. maij xv.

Quartus cyclus

c.iij.idus aprilis xix.
c.vij.kal. aprilis xv.
E.xvij.kal. maij xvj.
B c.viij.idus aprilis xviij.
c.iij.kal. aprilis xxj.
E.iij.idus aprilis xv.
c.iij.noñ. aprilis xviij.
B E.x.kal. maij xviij.
c.xviij.kal. maij xxj.
c.iij.kal. aprilis xvij.
E.xij.kal. maij. xviij.
B c.iij.idus aprilis xx.
c.vij.kal. aprilis xvj.
E.xvij.kal. maij xvij.
c vij.idus aprilis xx.
B c.xj.kal. aprilis xv.
E.iij.idus aprilis xvj.
c.iij.noñ. aprilis xix.
E.ix.kal. maij xx.

Quintus cyclus

B c.vij.idus aprilis xvj.
c.iij.kal. aprilis xix.
E.xiij.kal. maij xx.
c.ij.noñ. aprilis xvj.
B c.vij.kal. aprilis xvij.
E.xij.kal. maij xix.
c.ij.kal. aprilis xv.
E.xij.kal. maij xvj.
B c.iij.idus aprilis xviij.
c.iij.noñ aprilis xxj.
E.xvj.kal. maij xv.
c.vj.idus aprilis xviij.
B c.iij.kal. aprilis xx.
E.xij.kal. maij xxj.
c.ij.noñ. aprilis xvij.
c.vj.kal. aprilis xx.
B c.xvij.kal. maij xx.
c.ij.kal. aprilis xvj.
E.xij.kal. maij xvij.

Conditione mundi vsq; ad hunc nouissimũ cyclũ computãt anni. ϛ 9 z 0. Post cuius explerionẽ ad ꝑmũ ero:diũ recurrendũ est. Antiquiª ecclesia pasca. xiiij. luna cũ iudeis celeb:abat quocũq; die occurreret. Quẽ ritum sancti patres in nicena synodo ꝓhibuerunt. constituẽtes nõ solũ lunã pascalem ⁊ mensem inquirere. ϗ etiã ⁊ diẽ resurrectiõis dñicę obserua:re. ⁊ ob hoc pasca a. xiiij. luna vsq; ad. xxj. extenderũt ut dies dñicus nõ omitteret. Pascę aũt vocabulũ nõ greccũ ϗ hebraicũ ẽ. nec a passione. qm̃ pascbin grece dicit pati. ϗ a transitu hebr:eo verbo pasca appellatũ est. eo ꝙ tũc ꝓs dei ex egypto trãsierit. Unde ⁊ i euãgelio. cũ vidisset inq; ihesus quia venit hor:a ut trãsiret de mũdo ad patrẽ. Eu: nox ideo puigil ducit ꝓpter aduentũ regis ac dñi nr̃i. ut temp: resurrectionis eius nos nõ dormientes. sed vigilãtes inueniat: cuius noctis duplex ratio est. siue ꝙ in eadem tunc vitam recepit cũ passus est. siue ꝙ postea eadem hor:a qua resurrexit ad iudicandũ ventur: ẽ. Eo aũt modo agimus pasca ut nõ solũ mortẽ ⁊ resurrectionẽ xp̃i in memoriã reuocem:. sed etiã cętera quę circa eũ attestant ad sacramẽtor; significationẽ inspiciam:. Propter initiũ enĩ nouę vitę. ⁊ ꝓpter nonũ hoiem quẽ iubemur induere ⁊ exuere veterẽ. expurgam: vetus fermentũ ut sim: noua cõspersio. qm̃ pasca nostr; imolatus ẽ xp̃s. Propter hãc ergo vitę nouitatẽ p:im: mensis nouor; ĩ anni mẽsib: celeb:rationi pascali mystice attributus est. Q: ho ternię ebdomadę die pasca celebr:at. id ẽ qui dies occurrit a q̃nta decima luna vsq; ĩ vicesimã p:imã. hoc significat. q: in toto tpe sęculi qõ septenario diẽ numero agit. nũc tertiũ tẽpus hoc in sacramentum apparuit. Primũ enĩ temp: ẽ ante legẽ. secundũ sub lege. tertiũ sub gratia. vbi iam manifestatũ ẽ sacramẽtũ p:ius occultũ in ꝓphetico enigmate. Jdeo ⁊ ꝓpter hęc tria sęculi tempora resurrectio dñi triduana ẽ. Q: ho a quarta decima luna vsq; ad. xxj. ꝑ dies. vij. pascalis dies quęrit. hoc fit ꝓpter

ipsum numerū septēnariū quo vniuersitat' significatio sepe figurat'·qui etiam ipsi ecclesię tribuit' ꝓpter instar vniuersitatis·vnde ⁊ Johes aplus in apocalypsi ad septē scribit ecclesias. Ecclesia ẏo in ista adhuc mortalitate carnis constituta ꝓpter ipsam mutabilitatē lunę noīe in scripturis signi-ficat'. Varia autē obseruantia opinionū pascalis festiuitatis interdū errorē gignit. Latini nāq; a iij. non. martias vsq; i. iij. non. aprilis ꝑmi mensis lunā inquirūt. ⁊ si. xv^a. luna die dñico ꝓuenerit in alio die dñico pascha ꝓtrahunt. Greci primi mēsis lunā ab. viij. id' martias vsq; in diē non. apr'il obseruant. ⁊ si. xv^a. luna die dñico incurrerit·sanctū pascha celebrant. Huiusmodi ergo dissensio int' vtrosq; pascalē regulā turbat. Communis annus dicit' qui. cclxv. tm lunationes hoc est dies. cccliij. habet. Dictus autē cōmunis·q: sepe duo ita cōiuncti incedūt ut inuicē se i pascali solennitate sequant'. Nā embolismus ann' est semp solus. Embolism' annus est qui. xiij. mēses lunares·id est. cccl xiij. dies habere monstrat'. Ipse est annus sancto Moysi diuinit' reuelatus·in quo iubent' hi qui longius habitant·in secūdo mense pascha celebrare. Embolismus autē nomen grecū est·qō interpretat' latine supaugmentū: eo q; expleat numerū annoꝝ cōmuniū quib', xj. lunares dies deesse cernunt'. Embolismi aūt anni ⁊ cōmunes sic inueniunt'. Si eni a. xiiij^a. luna pascę precedentis vsq; ad. xiij. sequētis. cccl xiij. dies fuerit. embolismalis ann' ē·si. cccliij. cōmunis. Bissextus est post annos. iij. vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At vbi quarto anno assem cōpleuerit bissextilē annū facit. Dictus aūt bissextus q: bis sexies ductus assem facit·qō est vn' dies·sicut quadrantem ꝓpter quater ductū qō ē bissextus·quē sup dictū cursum in annū sol facit·siue q; nequeat annum subintroducere nisi bissexto non. mar. cōputaueris·hoc est ⁊ primo die sexto non. mar. ⁊ addito bis sexto alio die sexto non. mar. iteraueris. A sexto aūt non. martias vsq; in diē pridie kal'. ianuarias in lunę cursu bissext' apponit'. atq; inde detrahit'. Intercalares aūt dies idcirco vocant'. q: interponūt'·ut ratio lunę solisq; cōueniat'. Calare eni ponere dicit'·intercalare interponē. Epactas greci vocant·latini adiectiones annuas lunares·quę p vndenariū numerū vsq; ad tricenariū in se reuoluunt'. Quas ideo egyptij adiciunt ut lunaris emensio rationi solis ęquet'. Luna eni iuxta cursum suū. xxviij. semis dies lucere dinoscit' ⁊ fiūt in annū lunares dies. cccliij. remanent ad cursum anni solaris dies. xj. quas egyptij adiciunt. vnde ⁊ adiectiones vocant'. Absq; his nō iuenies lunā quota sit in q̄libet āno ⁊ mēse ⁊ die. Iste epactę semp. xj. kal'. aprīl reperiūt'i eadē luna quę fuerit eo die. Continent' aūt circulo decēnouenali·ꝫ cū ad. xxviij. epactas ꝓuenerint·qui est circulus decēnouenalis·iā sequenti anno nō ad-des sup. xxviij. xj. ut. x. annuncies detractis. xxx. ꝫ inde reuerteris ut. xj. ꝓnuncies.

De reliquis festiuitatibus Cap. xviii.

Festiuitas dicta a festis diebus·quasi festiditas.eo q; in eis sola res diuina fit.

Quib' contrarij sūt fasti in quibus ius fas'.id est dicit'. Solēnitas a sacris dicit' ita suscepta·ut mutari ob religionē nō debeat·a soliro id est firmo atq; solido noīata·uel ex eo q; soleat fieri i anno. Celebritas aūt nominat'·q; nō ibi terrena·ꝫ celestia tm̄ aganť. Pasca festiuitatū oīuꝫ prima est·de cuius vocabulo iā supius dictū est. Pentecostes sicut ⁊ pasca apud hebreos celebris dies erat·qō p' q̄nq; decadas pasce celebrat'. vnde ⁊ vocabulū sumpsit. Penta eni grece quinq; in q̄ die ꝑm legem·panes ꝓpositionis de nouis frugibus offerebant'. Cui' figurā ann' iubileus i testamento veteri gessit·quę nūc iterū p futuram repromissionis eternā requiē prefigurat'. Epiphania grece·latine apparitio siue manifestatio vocat' eo enim die rp̄us sideris indicio magis apparuit adorand'. Qō fuit figura primitię credētiū gentium. Quo die ⁊ dñici baptismatis sacramentū· ⁊ ꝓmutatę in vinū aquę factorū p dñm signorum principia extiterūt. Duę sunt autē epiphanię. prima in qua natus est rp̄us ⁊ pastorib' hebreoꝝ angelo nunciante apparuit. secunda in qua ex gentium ppło·stella indice·presepis cunabula magis adoraturis exhibuit. Scenophegia·solennitas hebreoꝝ de greco in latinū tabernaculoꝝ dedicatio interpretat'·que celebrat' a iudeis·in memoriā expeditionis cū ab egypto ꝓmoti in tabernaculis agebant. ⁊ ex eo scenophegia. Sceno eni grece·latine tabernaculū dicit'. Que solēnitas apud hebreos septēbrio mense celebrabat'. Neomenia apud nos kalende·apud hebreos autē q: ꝑm lunarē cursum menses suppurantur. ⁊ grece mene luna appellatur·inde neomenia id est noua luna. Erant eni apud hebreos ipsi dies kalendarū·ex legali institutione solennes. de quib' in psalterio dicit': Canite i initio mēsis tuba·in die insignis solēnitatis vestre. Encenia autē est·noua templi dedicatio. Grece eni cenon dicit' nouū. Quando eni aliquid nouū dedicat': encenia dicit'. Hāc dedicatiōis templi solennitatē iudei octobrio mēse celebrabāt. Dies palmaꝝ ideo dicit'·q: in eo dñs ⁊ saluator noster sicut ꝓpheta cecinit ir'm tendens asellū sedisse phibet'. Tūc gradiens·cū ramis palmarū multitudo plebiū obuiā ei clamauerūt. O/sanna·benedict' qui venit in nomine dñi rex isr'l. Vulgus aūt ideo hūc diem capitilauiū vocat·q: in eo tūc mos est lauādi capita infantiū·q; vngendi sunt: ne obseruatione. xl'. sordidata ad vnctionem accederēt. Hoc aūt die·symbolū cōfitentib' tradit'. ꝓpter confinem dñicę pascę solennitatē·ut qui iā ad dei gratiā pcipiendā festināt·quā confiteant' fidem agnoscāt. Cena dñica dicta est·eo q; in eo die saluator pascha cū suis discipulis fecerit;

solennitas

celebritas

epiphania

duo epiphanie

encenia

dies palmarum

cena dnica

qđ ⁊ vsq; hodie sicuti ẽ traditũ celebrať sanctũq; in eo chrisma conficiť. Sabbatũ ab hebr̃eis ex interpretatione vocabuli sui requies nominať q deus in ipso pfecto mũdo requieuisset. Siquidẽ ⁊ eo die requieuit dñs i sepulchro ut quietis illi⁹ mysteriũ confirmaret qđ iudeis obseruandũ in vmbra futuri p̃ceptũ est. Sed postq; xp̃us in sepultura sua eius figuram adimpleuit obseruatio ei⁹ quieuit. Dñicus dies ꝓinde vocať q in eo resurrectiõis dñi nostri gaudiũ celebrať. Qui dies nõ iudeis ꝟ xp̃ianis in resurrectione dñi declaratus est ⁊ ex illo habere cep̃it festiuitatẽ suã. Illis enĩ solũ celebrandũ sabbatũ traditũ est qui erant antea requies mortuoꝝ resurrectio autẽ illi⁹ erat qui resurgens a mortuis iam nõ moreret. Postq; aũt facta ẽ talis resurrectio in corpe dñi ut p̃iret i capite ecclesię qđ corpus ecclesię sperare in fine iam dies dñicus id ẽ octauus qui ⁊ primus celebrari cep̃it.

De officijs Cap̃. xix.

Fficiorũ plurima genera sũt ꝟ p̃cipuũ illud qđ in sacris diuinisq; rebus habeť

Officiũ autẽ ab efficiendo dictum quasi efficiũ ꝓter decorẽ sermonis vna mutata lr̃ã uel certe ut quisq; illa agat que nulli officiant ꝟ prosint omnib⁹. Uespertinũ officiũ est in noctis initio vocatũ a stella vespere que surgit oriente nocte. Matutinũ ꝟo officium est in lucis initio a stella lucifero appellatũ que oriẽ incboante mane Quorũ duoꝝ tempoꝝ significatione ostendiť ut die ac nocte semp deus laudeť. Missa rpe sacrificij est qñ catbecumini foras mittunť clamãte leuita si quis catbecumin⁹ remanſit ereat foras. ⁊ inde missa qr sacramẽtis altaris interesse nõ possunt qui nõdum regenerati nosceunť. Chorus est multitudo in sacris collecta. ⁊ dictus chorus q initio in modum corong circũ aras starent. ⁊ ita psallerent. Alij chorũ direrũt a cõcordia que in charitate consistit qr si charitatem nõ habeat respondere conuenient nõ potest. Cum aũt vnus canit grece monodia latine fincinũ dicit cũ ꝟo duo canũt bicinũ appellať cũ multi chorus. Nã chorea ludicrũ cantilenq; uel saltationes classium sunt. Antiphona ex greco interpretať vor reciproca duob⁹ scilicz choris alternatim psallentib⁹ ordine cõmutato siue de vno ad vnũ. Quod genus psallẽdi greci inuenisse traduně. Responsorios itali tradiderunt. Quos inde responsorios cant⁹ vocant q alio desinẽte id alter respõdeat. Jnť responsorios aũt ⁊ antiphonas hoc differt q i responsorijs vn⁹ versum dicit in antiphonis aũt ꝟ sib⁹ alternãt chori. Lectio dicit qr nõ cantať ut psalm⁹ uel bymn⁹ ꝟ legit rm̃. Illic enĩ modulatio hic sola pnunciatio querit. Canticũ est vor cantanť i lętitia. Psalm⁹ aũt dicit qr cantať ad psalteriũ quo vsum esse Dauid ꝓphetã in magno mysterio prodit historia. Hęc aũt duo i quibusdã psalmoꝝ titulis iuxta musicã artem alternatim sibi apponunť. Nã canticũ psalmi est cum id qđ organũ modulať vor postea cantãtis eloquiť. Psalmus ꝟo cantici qđ humana vor p̃loquiť ars organi modulantis imitať. Psalmus aũt a psalterio dicit vnde nec mos est ex alio ope eũ componi. Tres aũt gradus sũt in cantando. primus succentorius secũdus incentorius tertiꝰ accentorius. Diapsalma quidã hebr̃eũ verbũ esse volũt quo significať semp id est q illa quibus hoc interponiť sempiterna esse confirmet. Quidam ꝟo greculi verbũ existimant q̃ significať interuallum psallendi ut psalma sit qđ psalluť diapsalma ꝟo interpositũ in psallẽdo silentiũ ut quẽadmodũ simpsalma dicit vocis copulatio in cantãdo ita diapsalma diuisiõctio eaq; vbi quędam requies distincta continuatione ostenditť. Unde ⁊ illud probabile est non coniungendas sententias in psallendo vbi diapsalma interposita fuerit quia ideo interponiť ut cõuersio sensuũ uel ꝓsonarum esse noscať. Hymnus est canticũ laudantiũ qđ de greco i latinũ laus interpretať p eo q sit carmen lętitię ⁊ laudis. Proprie aũt hymni sũt cõtinentes laudẽ dei. Si ergo sit laus ⁊ nõ sit dei nõ est hymn⁹. si sit ⁊ laus ⁊ dei laus ⁊ nõ canteť non est hymn⁹. Si ergo ⁊ in laudem dei dicit ⁊ cantať tũc est hymn⁹. Cui contrarium est threnũ qđ est lamenti carmẽ ⁊ funeris. Alleluia duoꝝ verborũ interpretatio est hoc est laus dei. ⁊ est verbum hebr̃eum. Ja enĩ vnũ est de .r. nominib⁹ quibus apud hebr̃eos deus vocať. Amen significat vere siue fideliť qđ ⁊ ipsum hebr̃eũ est. Que duo verba amẽ ⁊ alleluia nec greęis nec latinis nec barbaris licet in suã linguam oio transferre uel alia lingua annũciare. Nã q̃uis interpr̃ari possint ꝓter sanctioẽ tamen auctoritatẽ seruata est ab aplis in his ꝓpr̃ię linguę antiqtas. Tanto enĩ sacra sunt noia ut eriã iohes in apocalypsi referat se spiritu reuelante vidisse ⁊ audisse vocẽ cęlestis exercitus tãq; vocem aquaꝝ multarũ ⁊ tonitruũ validorũ dicentiũ amen ⁊ alleluia ac per hoc sic oportet in terris vtraq; dici sicut in cęlo resonãt. Osanna in altera⁹ linguę interpretationẽ in toto transire nõ potest. Osi enĩ saluifica interpretať anna interiectio est motũ animi significans sub deprecãtis affectu. Integre aũt dicit osanna qđ nos corrupta media vocali lr̃ã ⁊ elisa dicim⁹ osanna sicut fit in vers⁹ qñ scandim⁹. Littera enim prima verbi sequentis extremã prioris verbi veniens excludit. ⁊ dicit hebraice osanna qđ interpretať saluifica subaudiẽdo uel populum tuũ uel totũ mũdũ. Offertoriũ tali ex causa sumpsit vocabulũ. Fertũ enĩ dicit oblatio que i altari offert ⁊ sacrificať a pontifici⁹ a quo offertoriũ nominatũ quasi ꝓrer fertũ. Oblatio vocať qr offert. Dona ꝓpr̃ie dei dicunť munera hoiuꝝ. Nam munera dicunť obsequia quę pauperes diuitib⁹ loco munerũ soluũt. Jraq; mun⁹ homini datť donum deo vnde eriã i rẽplis donaria dicim⁹. Munera

aũt vocañt·q; manib⁹ uel accipiunt uel dant. Duo sũt aũt quę offerunt·donũ ⁊ sacrificiũ. Donũ dicit quicq̃d auro argẽtoq; aut q̃libet alia specie efficit. Sacrificiũ aũt est victima. ⁊ quęcũq; in ara cremant seu ponunt. Dẽ aũt qđ deo dat·aut dedicat·ant cõsecrat. Qđ dedicat: dicẽdo dat·vnde ⁊ appellat. vnde ⁊ errant q̃ dedicationẽ consecrationẽ putãt significari. Immolatio ab antiqs dicta·eo q̃ in mole altaris posita victima cęderet vnde ⁊ mactatio post ĩmolationẽ est. nunc autem ũmolatio panis ⁊ calicis cõuenit·libatio aũt tantũmodo calicis oblatio est. Hinc ẽ illud: Et libauit de sanguine uuę. sicut ⁊ sęcularũ quidã poetarũ·nũc inquit pateras libate ioui. Libare enim ꝓprie fundere est·sumptũq; nomen de libero quodam·qui in gręcia usũ reperit vitis. Hostię apud veteres dicebant sacrificia·quę fiebant anteq̃ ad hostẽ pgerent. Victimę ꝓo sacrificia·quę post victoriã deuictis hostib⁹ ĩmolabant. Et erãt victimę maiora sacrificia·q̃ hostię. Alij victimã dictã putauerũt·q; ictu pcussa cadebat·uel q; vincta ad aras ducebat. Holocaustũ illud est·vbi totũ igne cõsumit qđ offert. Antiqui enĩ cũ maxima sacrificia administrarẽt·solebant totas hostias in sacroꝝ consumere flãma. ⁊ ipsa erant holocaustomata. Holo enĩ gręce totũ dicit·caustis incensio. ⁊ holocaustũ totũ incensum. Cerimonię apud latinos·dicunt sacra oĩa·quę apud gręcos orgia vocant. Propie aũt visum ẽ docroꝝ⁹ a carẽdo appellari cerimonias·quasi carimonias·eo q̃ ea quę in sacris diuinis offerunt·in suo usu his carerent homines·qđ etiã nomen in usu est lrãꝝ sanctaꝝ. Alij cerimonias ꝓprie in obseruationib⁹ iudęorũ credũt·abstinentiã scilicet quarũdam escarũ: ꝑm veterẽ legẽ·eo q̃ obseruãtes careant his reb⁹ quibus se abstinuerũt. Sacrificiũ dictũ·quasi sacrũ factũ·q; ꝓece mystica cõsecrat·ĩ memoriã ꝓ nobis dñicę passionis. Unde ꝺ eo iubẽte corp⁹ xp̃i ⁊ sanguinẽ dicim⁹·qđ dũ sit ex fructib⁹ terrę·sanctificat ⁊ fit sacramentũ·operãte inuisibiliť spũ dei. cui⁹ panis ⁊ calicis sacramentũ gręci eucharistiã dicũt: qđ latine bona grã interpretat. Et q̃d melius corpe ⁊ sanguine xp̃i? Sacramẽtũ est·in aliqua celebratione·cũ res gesta ita fit ut aliq̃d significare intelligat·qđ sancte accipiendũ est. Sũt aũt sacramenta·baptismũ ⁊ chrisma·corp⁹ ⁊ sanguis xp̃i·quę ob id sacramẽta dicunt·q; sub tegimento corporaliũ rerũ·virt⁹ dĩna secret⁹ salutem eorũdem sacramentoꝝ opat. Unde ⁊ a secreť virtutib⁹ uel sacris sacramẽta dicunt. Quę ideo frunctuose penes ecclesiã fiunt·q; sanct⁹ in ea manens spũs·eorũdem latenter sacramentoꝝ opat effectũ. vnde seu ꝑ bonos seu ꝑ malos ministros·intra dei ecclesiã dispenset·tñ q; spũs sanct⁹ mystice illa vnificat·qui quondã aplico in tpe·visibilib⁹ appa rebat operib⁹·nec bonoꝝ meritis dispẽsatoꝝ amplificant hęc dona·nec maloꝝ attenuant·q; neq; qui plantat est aliq̃d neq; qui rigat·ꝫ qui incrementũ dat deus. Unde ⁊ grece mysteriũ dicitur q̃ secretã ⁊ reconditã habeat dispensationẽ. Baptismũ grece·latine tinctio interpretat·quę idcirco tinctio dicit·q; ibi homo spũ gratię in melius imutat. ⁊ longe aliud q̃ erat efficit. Prius enim deformitate peccatoꝝ fędi eram⁹·ĩ ipsa intinctiõe reddimur pulchri dealbatione virtutũ. Unde in canticis scribit canticoꝝ. Quę est ista quę ascendit dealbata? Cui⁹ mysteriũ nõ alit nisi sub trinitatis designatiõe·id est patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti cognominatione complet·dicente dño ad aplos: Ite docete oẽs gentes baptiçantes eos ĩ nomine patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. Sicut enĩ in trib⁹ testibus stat omne verbũ·ita hoc sacramentũ cõfirmat ternari⁹ numerus nominũ dĩnoꝝ. Q; autẽ ꝑ aquã baptismũ dat·hęc ratio est. Voluit enĩ dñs ut res illa inuisibilis ꝑ congruentẽ·ꝫ ꝑfecto contrectabilẽ rem·visibile impenderet elementũ·sup qđ etiã in principio ferebat spũs sanctus. Nã sicut aqua purgat exterius corpus·ita latent eius mysterio ꝑ spm̃ sanctũ purificat ⁊ anim⁹. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enĩ deo descendit spũs sanctus de cęlis ⁊ medicatis aquis·sanctificat eas de semetipso. ⁊ accipiũt vim purgationis ut in eis ⁊ caro ⁊ anima delictis inquinata mundet. Chrisma grece latine unctio noiat. ex cuius noie ⁊ xp̃s dicit ⁊ homo post lauacrũ sanctificat. Nã sicut in baptismo peccatoꝝ remissio dat. ita ꝑ unctionẽ sanctificatio spirit⁹ adhibet. ⁊ hoc de pristina disciplina·qua ungi in sacerdotium ⁊ in regnum solebant. ex quo ⁊ aaron a moyse unctus est. Quę dũ carnaliť fit·spiritaliť ꝑficit·quõ ⁊ in ipsa baptismi grã visibilis actus ẽ q̃ in aq̃ mergimur. ꝫ spiritalis effect⁹ q̃ delictis mũdamur. Hoc significat illud unguentũ·qđ peccatrix mulier super pedes. ⁊ ea que dicit nõ fuisse peccatrix sup caput ihu fudisse describit. Manus impositio ideo fit ut ꝑ benedictionẽ aduocatus inuiteť spũs sanctus. Tũc enĩ ille paclitus·post mũdata ⁊ benedicta corpa·libens a patre descendit. ⁊ q̃si sup baptismi aquã·tãq̃ sup pristinã sedem recognoscens redęscit. Nã legit q̃ ĩ principio aquis superferebat spiritus sanctus. Exorcismus grece latine cõiuratio siue sermo increpationis est·aduersus diabolũ ut discedat. sicut est in çacharia: Et ostendit mihi iesũ sacerdotem magnũ. stantem coram angelo dñi. ⁊ satban stabat a dextris ei⁹ ut aduersareť ei. ⁊ dixit dñs ad satban. Increpet dñs in te satban. ⁊ increpet dñs in te qui elegit irlm. Hoc est exorcismus·increpare ⁊ coniurare aduersus diabolũ. Unde sciendũ q̃ non creatura dei in infantib⁹ exorciçat aut exsufflat·ꝫ ille sub quo sunt oẽs qui in peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorũ. Symbolum ꝑ linguã grecã signũ uel cognitio interpretat. Discessuri enĩ aplι ad euangeliçandũ in gentibus·hoc sibi predicationis signũ uel indiciũ posuerunt. Continet enĩ confessionem trinitatis ⁊ vnitatẽ ecclesię. ⁊ omne

xp̃iani dogmatis sacramentū. Quod symbolum fidei ⁊ spei nostre nō scribit̃ i charta ⁊ atramento ꝫ in tabulis cordis carnalib⁹. Oratio petitio dicit̃. Nā orare est petere·siē exorare impetrare. Constat aūt oratio loco ⁊ tempore. Loco·q; non vbiq; cū ꝓhibeamur a xp̃o orare in publico·sed vbi opportunitas dederit·aut necessitas imporauerit. Neq; enī contra p̄ceptū reputat̃ ab apostolis factum·q; in carcere audientib⁹ custodibus orabant ⁊ canebāt deo. De tempore vo dictū est: sine intermissione orate·ꝫ hoc singularib⁹. Nam est obseruatio quarūdam horarū cōmuniū·que dici interspacia signāt·tertia·sexta.⁊ nona. similiter ⁊ noctis·ꝫ ideo hę orandi horę diuisę sūt·ut si forte aliquo fuerimus opere detenti·ipsum nos ad officium temp⁹ admoneat·que tempora i scripturis inueniunt̃. Primū enī spūs sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Per⁹ qua die visionem cōmunicationis in illo vasculo expertus est·sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiā cum iohanne hora nona templū adiit qñ claudum sanitati reformauit. Sed ⁊ danielē legimus hęc tēpora in oratiōe obseruasse.⁊ vtiq; ex israelis disciplina·ut ne minus q̄ ter in die adoremus. Debitores enī sumus triū pſonarum·patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti·exceptis vtiq; ⁊ alijs legitimis orationib⁹ que sine vlla admonitione debent̃ in ingressu lucis ac noctis·siue vigiliarum·ꝫ ⁊ cibum nō prius sumere q̄ interposita oratiōe debem⁹. Priora enī habēda sunt spūs refrigeria·quia priora celestia q̄ terrena. Qui aūt vult orationē suā volare ad dñm·faciat illi duas alas·ieiunium ⁊ elemosynam ⁊ ascēdet celeriter.⁊ euadet. Ieiuniū est parsimonię victus·abstinētiaq; ciboꝝ·cui nomen est inditū ex quadam parte visceꝝ tenui semp ⁊ vacua·qō vulgo ieiuniū vocat. vnde ieiunij nomē credit derivatū·q; sint inedia viscera vacua ⁊ exhaināta existant. Ieiuniū aūt ⁊ statio dicit̃. Statio aūt de militari exemplo nomen accepit·p eo q; nulla lętitia obuenięs castris stationē militum rescindat. Nā lętitia libentius tristicia sollicitius administrat disciplinā. Unde ⁊ milites nūq; immemores sacramenti·magis stationibus parent. Discernūt aūt quidam inter ieiunium ⁊ stationē. Nam ieiuniū est indifferens cuuslibet diei abstinētia·nō ſm legem ꝫ ſm propriā voluntatē. statio aūt est obseruatio statutorum dieꝝ uel temporū. Dierum·ut quartę ferię ⁊ sextę ieiuniū·ex veteri lege p̄ceptū·de q̄ statione in euangelio dixit ille: ieiuno bis in sabbato·id ē quarta ⁊ sexta sabbati. Temporū aūt·quę legalibus ac ꝓphęticis institutionib⁹·terminatis temporibus statura sunt·ut ieiuniū quarti.v.vij.⁊.x. mensis·uel sicut in euāgelio dies illi in quib⁹ ablatus est sponsus·uel sicut obseruatio quadragesimę quę in vniuerso orbe·institutiōe aplica obseruat̃: circa confiniū dñice passionis. His tertiū genus quidam adiciunt·quā xerophagiā dicūt·abstinentiā scilicet ciboꝝ humentiū. Unde ⁊ nomen hoc datum·eo q; ficcis quidā escis vrantur. Pœnitentia appellata quasi punitentia·eo q; ipse homo i se pœnitēdo puniat qō male admisit. Nā nihil aliud agunt quos veracit̃ pœnitet·nisi ut id quod male fecerūt impunitum esse nō sinant. Eo quippe modo sibi nō parcentib⁹ ille parcit·cuius altum iustūq; iudiciū nullus contemptor euadit. Perfecta est aūt pœnitentia·p̄terita deflere ⁊ futura nō admittere. Hęc secunda in similitudine fontis est·ut si forte impugnāte diabolo aliquod peccatū irrepserit·huius satisfactione purgetur. Satisfactio aūt ē·causas peccatoꝝ ⁊ suggestiones excludere ⁊ vltra peccatum nō iterare. Reconciliatio vo ē que post complementū pœnitentie adhibet̃. Nam sicut conciliamur deo: quādo primū a gentilitate conuertimur·ita reconciliamur: quando post peccatū pœnitēdo regredimur Exomologesis greco vocabulo dicitur·qō latine confessio interpretat̃·cui⁹ nominis duplex significatio est. Aut enī in laude intelligit̃ confessio sicut est: confiteor tibi pater dñe cęli ⁊ terrę·aut dū quisq; confitetur sua peccata ab eo indulgenda cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo greco vocabulo·exprimitur ⁊ frequentat̃ exomologesis·qua delictum nostrū dño cōfitemur·nō quidem ut ignaro·cuius cognitioni nihil occultum est·ꝫ cōfessio est rei scilicet eius que ignorat̃ pfessa cognitio. Utile enī sibi ac iocundū quisq; esse existimauerat: rapere·adulterari·furari·sed vbi hęc externę damnationi obnoxia esse cognouit: cognitis his confitetur errorē. Cōfessio aūt errorꝝ·pfessio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est·dum confessio est. Confessio autē antecedit·remissio sequit̃. Cęterum extra venā est qui peccatum cognoscit nec cognitum confitet̃. Itaq; exomologesis·prosternendi ⁊ humilificādi hominis disciplina est·habitu atq; victu·sacco ⁊ cinere incubare·corpus sordibus obscurare·animū męroribꝰ deijcere·illa que peccauit·tristi tractatiōe mutare. Leraniç greco nomine appellantur·que latine dicunt̃ rogationes. Inter leranias vo ⁊ exomologesin hoc differt·q; exomologesis p̄ sola confessione peccatorum agitur·leraniç vo dicunt̃ ꝓpter rogandum dñm ⁊ impetrandū in aliquo misericordiā eius. Sed nūc iam vtrūq; vocabulum sub vna significatione habet̃·nec distat vulgo vtrum letaniç·an exomologesis dicantur. Supplicationis aūt nomen quodāmodo ex gentilitate retinetur. Nam feriç aut legitimę erant apud eos·aut indictę. Indictę autē quia paupertas antiqua romanorum aut ex collatione sacrificabat·aut certe de bonis damnatorum. Unde supplicia dicunt̃ supplicationes que fiebāt de bonis passorum supplicia. Sacrę enim res·de rebus execrandorum fiebant.

Incipit liber septimus
De deo Cap.1.

Eatissimus hie-
ronymus vir eruditissimus
b et multarū linguarū peritus
hebꝛeoꝛum nominum interꝓ-
tationē ꝓmus in latinā linguam cōuertit. Ex quibꝰ ꝓ brevitate ꝓtermissis multis·quędā huic operi adiectis interꝓtationibus interponenda studui. Vocabuloꝝ enim expositio satis indicat q̄d velint intelligi. Habēt enim quędā ex ꝓpꝛijs causis·nominū rationē. In principio aūt decem nomina ponimus·quibꝰ apud hebꝛeos deus vocat. Primū apud hebꝛeos dei nomen el dicit·q̄ alij deū·alij etymologiam eius exꝓmērunt·ischyros id est fortē interꝓtati sunt·ideo q̄ nulla infirmitate ꝓmit·ꝫ fortis est et sufficiens ad omnia ꝓpetranda. Secundū nomen eloi est. Tertiū eloe q̄ vtrūq; in latinū·deus dicit. Est aūt nomen in latinū·et greca appellatione translatū. Nā deus greꝫe theos dicit·quasi Θέος·id ē timoꝛ. vnde tractū ē nomen deus·q̄ eū colentibꝰ sit timoꝛ. Deꝰ aūt ꝓꝛie nomen est trinitatis ꝓtinens ad patrem et filium et spiritū sanctū. Ad quā triniratem etiā reliqua quę in deo infra sunt posita vocabula referunt. Quartū nomē dei dicit sabaoth: q̄ vertit in latinū: exercituū siue virtutū. de quo i psalmo ab angelis dicit: Quis est iste ꝛex glie? Dñs virtutū. Sūt aūt in huiusmodi oꝛdinatione virtutes multę: ut angeli·archangeli·principatus et potestates·cunctiq; cęlestis militię oꝛdines·quoꝝ tamen ille dñs est. Omnes enī sub ipso sūt. eiusq; dominatui subiacēt. Quintū nomen elion·quod interꝓtat i latinū excelsus·q̄ supꝛa cęlos est·sic scriptū est de eo: Excelsus dñs: supꝛa cęlos gloria eius. Excelsus autē dictus ꝓ valde celsus. Ex enī ꝓ valde ponit·sicut eximius quasi valde eminens. Sextum nomen eieie·id est qui est. Deus enī solus q̄ ęternus est·hoc est·q̄ exoꝛdiū nō habet·essentie nomen vere tenet. Hoc enī nomen ad sanctū moysen ꝓ angelū est delatū. Quęrenti enī q̄ esset nomen eius qui eū ꝑgere ꝓcipiebat ad populū ex ęgypto liberandū·respōdit: Ego sum qui sū. et dices filijs isrł: qui est misit me ad vos. tanq; in eius cōparationē qui vere ē·q̄ incōmutabilis est: ea quę cōmutabilia facta sūt·quasi nō sint. Q̄d enī dicit fuit·nō est. et q̄d dicit erit·nondum est. Deus aūt esse tm̄ nouit·fuisse et futurum esse nō nouit. Solus enī pater cū filio et spū sancto veraciꝫ est. Cuius essentię comparatū esse nostrum·nō esse est. Unde et in colloquio dicim̄·vivit deus·q̄ essentia vita viuit·quā moꝛs nō habet. Septimū adonay·q̄d generaliter dñs interꝓtat·q̄ dominet creaturę cunctę·uel q̄ creatura omnis dominatui eius deseruiat. Dñs ergo et deꝰ uel q̄ dominet omnibus uel q̄ timeat a cunctis. Octauū ia.·q̄d i deo tm̄ ponit·q̄d etiā in allelui̇a in nouissima syllaba sonat. Nonū tetragrāmaton·hoc est quattuoꝛ litteraꝝ·q̄d ꝓpꝛie apud hebꝛeos in deo ponitur·io de·iode·id est duabus iaq; duplicata ineffabile illud et gloꝛiosum dei nomen efficiūt. Dicit aūt ineffabilis·nō q̄ dici non potest·ꝫ q̄ finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest. et ideo q̄ de eo nihil dignū dici potest·ineffabilis est. Decimū saddai. id est omnipotens. Uocatus aūt omnipotens·eo q̄ omnia potest·ꝫ a faciendo q̄d vult·nō a patiendo quod nō vult. Q̄d si ei accideret·nequaq; eēt omnipotēs. facit enī quicq̄d vult. et inde omnipotens. Item omnipotens·q̄ ipsius sunt omnia quę vbiq; sūt. Solus enī totius mūdi habet imperium. Dicunt aūt et alia quędā in deū substantialiter nomina: ut imoꝛtalis·icoꝛꝛuptibilis· incōmutabilis·ęteꝛnus. vnde et merito cunctę ꝓponitur creaturę. Immoꝛtalis sicut de eo scriptū est·qui solus habet imoꝛtalitatem·q̄ in eius natura nulla est cōmutatio. Nam omnis mutabilitas nō inconuenienter moꝛtalitas dicit·ꝑm quam et anima moꝛi dicit·nō q̄ in coꝛpus uel i aliquā alterā substantiam mutat et vertit·ꝫ in ipsa sua substātia quicquid alio modo nūc est aut fuit·ꝑm id q̄d destitit esse q̄d erat·moꝛtalis vtiq; deꝓhendit·ac ꝓ hoc solus deus dicit imoꝛtalis·q̄ solus incōmutabilis. Incoꝛꝛuptibilis appellat·q̄ coꝛꝛūpi et dissolui nō potest nec diuidi. Quicquid enī capit diuisionem. et interitum capit. Ille nec diuidi potest nec interire. inde incoꝛꝛuptibilis est. Incōmutabilis est·q̄ semp manet et mutari nescit. Nec ꝑficit quia ꝑfectus est·nec deficit q̄ ęternus. Ęternus ē quia sine tempoꝛe est. Nō enim habet initiū neq; finem. Hinc et sempiternus·eo q̄ sit semp ęternꝰ. A quibusdā aūt ęternus ab ethere crediꝫ dictus·qm̄ cęlum sedes eius habet; vnde est illud. Cęlū cęli dño. et hęc ista quattuoꝛ vnū significant. Nā vna eademq; res dicit·siue dicat ęternꝰ deus siue immoꝛtalis siue incoꝛꝛuptibilis·siue imutabilis. Inuisibilis dicit·q̄ nunq; ꝓ substantiā suam apparuit oculis moꝛtaliū trinitas nisi ꝓ specie subiecte creaturę eiusdēq; coꝛpoꝛeę. Nam nemo potest ipsam maiestatē essentię dei videre et viuere: sicut et dictū est moysi. Unde et iohannes in epistola sua dicit. Deum nemo vidit vnq̄. Res ē enī inuisibilis·ideoq; nō oculo ꝫ coꝛde quęrendꝰ est. Impassibilis est·q̄ nullis ꝑturbationibus afficiꝫ quibus fragilitas humana succūbit. Nō enī attingunt eū vllę passiones ut libido·iracundia: cupiditas·timoꝛ·męroꝛ·inuidia. et cętera quibus humana mens turbat. ꝫ cū dicit deus irasci·aut ęlare·aut dolere: nostro vsu dicit. Apud deū enī ꝑturbatio nulla ē·apud quē trāquillitas sūma ē. Simplex aūt dicit·siue non amittendo q̄d habet seu q̄ nō aliud est ipse. et aliud q̄d in ipso est. sicut in homine·cuius aliud est esse·aliud sapere. Nā et esse potest. et sapiens nō esse. Deus autem habet

essentiã habet ⁊ sapientiã ꝫ qđ habet hoc ⁊ est ⁊ omnia vnus est ac pinde simpler est q; nõ in eo aliquid accidẽtis ẽ ꝫ qđ est ⁊ qđ in ipso ẽ essen/ tialiter est excepto ꝙ relative ad quãcunq; ꝑso/ nam est. Sũme bon⁹ q; incõmutabilis ẽ. Crea/ tura ꝯo bonũ ꝫ non sũmũ est q; mutabilis est. Et dnm sit quidẽ bonũ nõ tñ esse potest ⁊ sũmũ. Incorpore⁹ aũt uel incorporalis ideo dicit deus. ut spũs credat uel intelligat esse non corpus. Nã dũ dicit spũs eius significat substantia. Immen/ sus q; cuncta concludit ⁊ ipse a nullo concluditr. ꝫ oĩa intra eius omnipotentiã coartantur. Per/ fectus dicit q; nihil ei possit adũci. Attamen de consũmatione alicui⁹ facti ꝓfectio dicit. Deus aũt qui nõ est factus quõ est ꝓfectus? Sz hoc voca/ bulũ de vsu nostro sumpsit humana inopia sicut ⁊ reliqua verba quaten⁹ id qđ ineffabile ẽ utcũq; dici possit qm̃ de deo nihil digne human⁹ sermo dicit sicut sunt ⁊ alia. Creator dictus ꝓ totius mũdi rebus ab ipso creatis. Nihil enĩ est qđ nõ originẽ a deo traxerit. Ipse ⁊ vnus q; diuidi nõ potest uel q; nihil esse aliud potest ꝓpter qđ tan/ tũdem capiat potestatis. Hęc igit quę de deo dic/ ta sunt ad tota ꝓtinent trinitatẽ ꝓpter vnam ⁊ coeternã substantiã siue in patre siue in filio eius vnigenito in forma dei siue in spũ sancto q; vnus spũs est dei patris ⁊ filij eius vnigeniti. Sũt aũt ⁊ quędã vocabula ex vsu nostro ad deũ sumpta de membris nostris: siue de inferiorib⁹. ⁊ quia in ꝓpria natura inuisibilis ⁊ incorpore⁹ est. ꝑ efficien tijs tamen causarũ in ipso rerũ species ascribunt⁹ ut more locutionis nostrę facili⁹ seipsum insinuet. ut q; oĩa videt dicat oculus. ꝓpter qđ audit omnia dicat auris. ꝑ eo aũt qđ auertit: ambulat. ꝑ eo qđ expectat stat. sic ⁊ in cęteris horũ similib⁹ ab hu/ manis mentib⁹ trahit similitudo ad deũ sicut est obliuiscens ⁊ memorãs. Hinc est qđ ⁊ ꝓpheta di/ cit. Jurauit dñs exercituũ q; animã suã. nõ qđ ani/ mam deus habeat sed hoc nostro narrat affectu. Nã ⁊ facies dei in scripturis sanctis nõ caro sed diuina cognitio intelligit eadẽ ratione qua ꝑ fa/ ciem conspectã quisq; cognoscit. Hoc enĩ in ora/ tione dicit deo: Ostende nobis faciẽ tuã. ac si di/ catur da nobis cognitionẽ tuam. Sic ⁊ vestigia dei dicunt q; nũc deus ꝑ speculum agnoscit. Ad ꝓfectũ ꝯo omnipotẽs repiet dũ in futuro facie ad faciẽ quibusq; electis ꝓsentabit ut ipsam speciẽ contẽplent cui⁹ nũc vestigia cõprehendere conãt. hoc est quem videre ꝑ speculũ dicunt. Nã ⁊ situs ⁊ habitus ⁊ locus ⁊ temp⁹ in deo nõ ꝓprie ꝫ ꝑ si/ militudinẽ translatiue dicunt. Quippe sedere sup cherubin dicit qđ est ad situm. ⁊ abyssus tãq; ve/ stimentũ amictus qđ est ad habitũ. ⁊ anni tui nõ deficient quod ad temp⁹ ꝓtinet. ⁊ si ascendero in cęlum tu ibi es quod ad locũ. Nam ⁊ in ꝓpheta plaustri portantis fenũ species ad deũ ducit. Et hęc omnia per figuram deus q; nihil est horũ ad ꝓprietatem substantię eius.

De filio dei Cap. ii.

Ultris etiã modis christus appellari in scripturis inuenit diuinis. Nã ipse dei patris vnigenit⁹ filius dũ esset ęqualis pa/ tri ꝓpter salutẽ nostrã formã serui accepit. Pro/ inde quędam nõia in illo ex diuinitatis substãtia quędã ex dispensatione suscepte humanitatis as/ sumpta sũt. Christus nãq; a chrismate ẽ appellat hoc est vnctus. Percepti enĩ fuerat iudęis ut sa/ crum conficerent vngentum quo pungi possent hi qui vocabant ad sacerdotiũ uel ad regnũ. ⁊ si/ cut nũc regib⁹ indumentũ purpureũ insigne ẽ regię dignitatis sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatẽ regiã conferebat. ⁊ inde christi dicti a chrismate qđ ẽ vnctio. Nã chrisma grece lati/ ne vnctio nuncupat. quę etiã dño nomen accõmo/ dauit facta spiritalis q; spũ vnctus est a deo pa/ tre sicut dicit in actibus apl̃or. Collecti sunt enĩ in hac ciuitate aduersus sanctũ filiũ tuũ quẽ vn/ xisti: nõ vtiq; oleo visibili ꝫ gratię dono qđ visi/ bili significat vngueuto. Non est aũt saluator⁹ ꝓpriũ nomẽ xp̃us ꝫ cõmunis nũcupatio potesta/ tis. Dũ enim dicit xp̃s cõmune nomen dignita/ tis est dũ ihs xp̃us ꝓpriũ est vocabulũ saluatoris. Christi enĩ nomen nusq; alibi omnino necĩ ali/ qua gente fuit nisi tñ in illo regno vbi xp̃s p⁹/ phetabat ⁊ vnde venturus erat. Messias autem hebraice dicit grece xp̃us latina autem locutione vnctus. Jhs hebraice grece sother latine aũt sa/ lutaris siue saluator interpretat. ꝓ eo qđ cunctis gentibus salutifer venit. Etymologiã enim nois hui⁹ etiã euangelista significat dicẽs: Vocabis nomen eius saluator q; ipse saluũ faciet populum suũ. Sicut enĩ xp̃s significat regẽ ita ihs signifi/ cat saluatorẽ. Nõ itaq; nos saluos facit quicũq; rex ꝫ rex saluator. Qđ verbũ latina lingua an/ trea nõ habebat ꝫ habere poterat sicut potuit qm̃ voluit. Emanuel ex hebrẽo in latinum significat nobiscũ deus scilicet q; ꝑ virginem natus deus hominibus in carne mortali apparuit ut terrenis viam salutis ad cęlũ apiret. Ad diuinitatis autẽ substantiã quę ꝓtinent sũt ista: dñs ⁊ deus. Deus aũt dictus ꝓpter vnitãcum patre substantiã. Dñs aũt ꝓpter seruientẽ creaturã. Deus autẽ ⁊ homo q; verbum ⁊ caro. Unde ⁊ bis genitus dicit siue q; pater eũ genuit sine matre in ętternitate siue q; mater sine patre in tempore. Unigenit⁹ aũt vocat ꝑm diuinitatis excellentiã q; sine fratrib⁹ primo/ genit⁹ est ꝑm susceptionẽ hoĩs in qua ꝑ adoptio/ nis gratiã fratres habere dignatus ẽ quib⁹ esset primogenitus. Omousion patri. ab vnitate sub/ stantie appellat. Substantia enĩ uel essentia grę/ ce vsia dicit omo vnũ. Utrũq; igit coniunctũ so/ nat vna substantia. Hoc enĩ vocat omousion. qđ est: ego ⁊ pater vnũ sumus hoc ẽ ciusdẽ cũ patre substantię. Qđ nomen ⁊ si scriptũ in sanctis lit/ teris nõ inueniat in assertione tñ totius trinita/ tis defendit q; dat ratio vnde recte dici ostendat

ficut ꝛ pater in illis libris nusq̃ ingenitus legit. ꝫ tamē dicendus esse atq; credendus nō dubitat. Omousion similis substantię. q: qualis deus. talis est ꝛ imago ei⁹. Invisibilis deus. ꝛ imago ei⁹ invisibilis. Principiū. eo q; ab ipso sint omnia. ꝛ q: ante eum nihil. Finis. uel q: dignatus est in fine tempoꝝ humilirer in carne nasci ꝛ mori. ꝛ iudiciū nouissimū ipse suscipere. uel q: quicq̃d agimus ad illū referimus. Et cū ad eū puenerimus. vltra qō queramus non habebim⁹. Os dei est. q: verbū eius est. Nā sicut p verbis quę p linguam fiūt sępe dicim⁹. illa ꝛ illa lingua. ita ꝛ p dei verbo os ponit. q: mos ē ut ore verba formem. Verbum aūt ideo dicit. q: p eum pater omnia condidit siue iussit. Veritas. q: nō fallit. sed tribuit qō promisit. Vita. q: creauit. Imago dei. ꝓpter parem similitudinē patris. Figura est. q: suscipiens formam serui. opeꝝ virtutūq; similitudinem patris in se imaginē atq; imensā magnitudinē designauit. Manus dei ē. q; oia p ipsum facta sūt. Hinc ꝛ dextera. ꝓpter effectū operis totius creaturę quę p ipsum formata est. Brachiū. q: ab ipso omnia continent. Virtus. p eo q; omnē potestatē patris in semetipso habeat. ꝛ omnē cęli terręq; creaturam gubernet contineat atq; regat. Sapientia. p eo q; ipse reuelet mysteria scientię ꝛ archana sapientię. Sz tamen cum sit pater ꝛ spūs sanctus sapiētia ꝛ virt⁹ ꝛ lumē ꝛ lux. ꝓpie tamen his nominibus filius nuncupat. Splendor aūt appellat ꝓpter q; manifestat. Lumē. q: illuminat. Lux. q: ad veritatē contemplandā. cordis oculos reserat Sol. q: illuminat oēs. Oriens. q: luminis fons ꝛ illustrator est rerū. ꝛ q; oriri nos faciat ad vitā ęternam. Fons. q: rerū omniū origo est. uel q; satiat sitientes. Ipse q̃ alpha ꝛ o. Alpha enī litterā nulla precedit. Prima est enī lrā. ꝓpter q; sicut ꝛ fil⁹ dei. Ipse enī se principiū iudęis interrogantibus esse respondit. Unde ꝛ iohes in apocalypsi. ꝓpie ipsā litterā ponens ait: Ego sū alpha ꝛ o. primꝰ ꝛ nouissimus. Primus. q: ante eū nihil est. Nouissimus. q: nouissimū iudiciū ipse suscipiet. Mediator. q: inter deū ꝛ hominē medius constitutus est ut hominē ad deum ꝓduceret. Unde ꝛ illū greci mesiten vocant. Paraclitus id est aduocatus. q: p nobis intercedit apud patrē. sicut ꝛ de eo dicit iohes: Aduocatū habemus apud patrē ihm xpm iustū. Paraclitus aūt ē greꝯ est. qō latine dicit aduocat⁹. Q: nomen ꝛ filio ꝛ spiritui sancto ascribit. iuxta qō ꝛ dns in euangelio ait: Rogabo patrē ꝛ aliū paraclitū dabit vobis. Intercessor aūt ideo vocat. q: p culpa nostra remouenda curam gerit. ꝛ p abluendis nostris criminib⁹ curā impendit. Sponsus. q: descēdēs de cęlo. adhęsit ecclesię. ut pace noui testamēti essent duo in carne vna. Angelus dicit. ꝓpter annūciationē paternę ac suę volūtatis. Unde ꝛ apud prophetam magni consilij angelus legitur. dū sit deus ꝛ dns angeloꝝ. Missus dicit. eo q; apparuit huic mundo verbū caro factum. vnde ꝛ idem dicit: Ego a patre exiui. ꝛ veni in hunc mundū. Homo autē dicit. q: natus ē. Propheta. q: futura reuelauit. Sacerdos. q: p nobis hostiā se obtulit. Pastor. q: custos. Magister. q: ostensor. Naçaren⁹ vo a loco. Naçareus a merito. id est sanct⁹ siue mūdus. q: peccatū nō fecit. Siquidē ꝛ de alijs inferioribus rebus nominū species ad se trahit xps ut facilius intelligat. Dicit enim panis. q: caro. Uitis. q: sanguine ipsius redempti sumus. Flos q: electus. Uia. q: p ipsum ad dñm imus. Ostiū. q: p ipsum ad dñm ingredimur. Mons. q: fort. Petra. q: firmitas est credentiū. Lapis angularis. uel q: duos parietes e diuerso. id est de circūcisione ꝛ prepurio venientes in vnā fabricā ecclesię iungit. uel q; pacem in se angelis ꝛ hominibus facit. Lapis offensiōis. q: venientes humilis offenderūt in eum increduli homines. ꝛ factus ē petra scandali. sicut dicit aplus. Judęis quidē scandalum. Fundamentū aūt ideo vocat. q: fides in eo firmissima est. uel q: sup eū catholica ecclesia constructa est. Nā ꝛ xps agnus. p innocentia. ꝛ ouis propter patientiā. ꝛ aries propter principatū. ꝛ hędus propter similitudinē carnis peccati. ꝛ vitulus. p eo q; p nobis est imolatus. ꝛ leo. p regno ꝛ fortitudine. ꝛ serpens. p morte ꝛ sapientia. Idē ꝛ vermis. q: resurrexit. Aquila. ꝓpter q; post resurrectionē ad astra remeauit. Nec mirū si vilib⁹ significationibus figurē qui vsq; ad nostrarum passionū. seu carnis contumelias descendisse cognoscit. Qui cū sit coęternus dei patris ante sęcula filius. postq̃ venit plenitudo temporis ꝓpter salutem nostrā formā serui accepit. ꝛ factus est filius dei fili⁹ hominis. Inde quędā de illo in scripturis sanctis p̄m formā dei. quędā p̄m formam serui dicunt. Quoꝝ exempli grā duo quędā cōmemorant. ut singula ad singula referant. Scōm formā dei. de seipso dixit: Ego ꝛ pater vnū sum⁹. p̄m formā serui: Q. m̄ pater maior me est. Homines autem minus intelligentes quid p̄o quo dicatur. ea quę ꝓpter formā serui dicta sūt. volūt transferre ad formam dei. ꝛ rursus ea quę dicta sunt ut ad se inuicē psonę referant. volūt nomina esse naturę atq; substantię. ꝛ faciūt errorē in fide. Sic aūt dei filio cōiuncta est humana natura. ut ex duab⁹ substantijs fieret vna psona. Solus igit. homo ptulit crucē. ꝫ propter vnitatē psonę ꝛ de⁹ dicit ptulisse. Hinc ē qō scribit. Si enī cognouissent. nūq̃ dñm glorię crucifixissent. Filium ḡ dei crucifixū fatemur. nō ex virtute diuinitatis. ꝫ ex infirmitate humanitatis. nō ex suę naturę p̄mā/sione. ꝫ ex nostra susceptione.

De spiritu sancto Cap. III.

Spiritus sanct⁹ ideo prędicatur deus. q: ex patre filioq; procedit. ꝛ substantiā coꝝ habet. Neq; enī aliud de patre procedere potuit. q̃ qō ipse est pater. Spiritus sanct⁹ autē dictus. p̄m id quod ad aliquid refertur spirans.

Spirans vtrq; spū·inspirans est.ꝛ ex eo appellatus spūs est.Propꝛio aūt modo quodā dicit spūs sanct⁹·fm qđ refert ad patrē ꝛ filiū·q; eoꝝ spūs sit. Nā ꝛ b nomē·qđ spūs dicit·non semp fm id qđ refert ad aliquid·ꝫ fm id qđ aliquā naturā significat intelligit. Dis enī icorporea natura spūs in scripturis sacris appellat. Unde nō tm patri ꝛ filio ꝛ spiritui scō·sed oi rationali creaturę ꝛ aię hoc vocabulū cōgruit. Jdeo igit spūs dei sanct⁹ vocat·q; patris ꝛ filij sanctitas est. Nā cum sit ꝛ pater spūs.ꝛ fili⁹ spūs.ꝛ pater sanct⁹.ꝛ filius sanctus.ꝓꝛie tm ipse vocat spūs sanctus·tanq; sanctitas coessentialis ꝛ consubstantialis amboꝝ. Spūs sanctus ideo nō dicit genit⁹·ne duo i trinitate filij suspicent. Jdeo nō prędicat ingenitus ne duo patres i ipsa trinitate credant. Procedēs aūt dicit testimonio dñi dicētis: Multa adhuc habeo quę vobis loquar·ꝫ nō potestis illa modo audire. Veniet aūt spūs veritatis·qui a patre ꝓcedit.ꝛ de meo accipiet·ille vobis indicabit oia Hic aūt nō solū natura ꝓcedit·ꝫ semp ad pagenda opa diuinitatis indeficiēter ꝓcedit. Hoc aūt interest inter nascentē filiū.ꝛ ꝓcedentē spiritum sanctū·q; fili⁹ ex vno nascit·spūs sanct⁹ ex vtroq; ꝓcedit.ꝛ ideo dicit aplus: Qui aūt spiritū xpi nō habet·hic nō est eius. Spūs sanctus ex ope etiā angelus intelligit. Dictū ē enī de illo: Et quę ventura sūt:annūciabit vobis. Et vtriq; angel⁹ grece·latine nunci⁹ interpꝛat. Unde duo angeli apparuerunt loth·in quib⁹ dñs singulariť appellat· quos intelligim⁹ filiū ꝛ spiritū sanctū. Nā pater nunq; legit missus. Spūs sanctus q; dicit paraclitus·a consolatione dicit. Paraclisis enī greccelatine consolatio appellat. Christus enī cū aplis lugentib⁹ misit·postq; ab eoꝝ oculis ipse in celum ascendit. Consolatoꝛ enī tristibus mittit·fm illā eius dē dñi sententiā: Beati lugētes·qm ipsi consolabunt. Jpse etiā dixit: Tūc lugebūt silij sponsi cū ablatus ab eis fuerit sponsus. Jtē paraclit⁹ p eo q; consolationē pręster animab⁹·quę gaudiū temporale amittūt. Alij paraclitū latine oratorē uel aduocatū interpretant. Jpse enī spūs sanctus dicit·ipse docet·p ipsum dat sermo sapientię·ab ipso sancta scriptura inspirata ē. Spūs sanctus ideo septiformis nuncupat. propter dona quę de vnita ei⁹ plenitudine priculatim recipiētes quiq; ut digni sūt consequi ꝓmerent. Jpse enī spiritus sapiētię ꝛ intellectus·spūs consilij ꝛ fortitudinis spūs scientię ꝛ pietatis·spūs timoris dñi. Spūs aūt principalis i psalmo quinq̄gesimo legit·vbi q: tertio spūs repetit·nōnulli trinitatē intellexerunt in deo·q: scriptū est: Deus spiritus est. Nō enī nō est corpus.ꝛ tñ est·videt restare ut spūs sit Intelligūt ergo ibi nōnulli trinitatē significari· in spū principali patrē·in spū recto filiū·in spiritu sancto·spiritū sanctū. Spūs sanctus ideo donum dicit·eo q; dat. A dando enī donū est nuncupatū. Notissimū est enī dñm ihm xpm cū post resurrectionē a mortuis ascendisset in cęlum dedisse spiritū sanctū·quo credētes impleri linguis omniū gentiū loquebant. Intantū aūt donū dei est: inquantū dat eis·qui p eū diligūt deū. Apud se aūt deus est·apud nos aūt donū ē·ꝫ sempiterne spiritus sanctus donū est·distribuens singulis gratiarū dona ꝓut vult. Nā ꝛ ꝓphetias quibus vult impartit.ꝛ peccata quib⁹ vult dimittit. Nā peccata sine spiritu sancto nō donant. Spiritus sanctus inde ꝓꝛie charitas nūcupat·uel q: naturaliť eos a quib⁹ ꝓcedit coniūgit.ꝛ se vnum cū eis esse ostendit·uel q: in nobis id agit·ut in deo maneam⁹:ꝛ ipse in nobis. Undeꝛ in donis dei nihil ma⁹ est charitate.ꝛ nullū maius est donum dei q; spūs sanctus. Jpse ē ꝛ gratia·quę q: nō meritis nostris ꝫ volūtate diuina gratis dat· inde gratia nuncupat. Sicut aūt vnicū dei verbū ꝓꝛie vocam⁹ nomine sapiētię·cū sit vniuersaliť ꝛ spūs sanctus ꝛ pater ipse sapiētia·ita spiritus sanctus ꝓꝛie nuncupat vocabulo charitat· cū sit pater ꝛ fili⁹ vniuersaliť charitas. Spūs sanctus digit⁹ dei esse in libris euangelioꝝ aptissime declarat. Cū enī vnus euangelista dixisset: in digito dei ejcio demonia.alius hoc idē ita dixit: i spū dei ejcio demonia.vnde ꝛ digito dei scripta lex est data die quinq̄gesimo ab occisione agni.ꝛ die quinquagesimo a passione dñi venit spūs sanctus. Jdeo aūt digitus dei dicit·ut eius opatoria virtus cum patre ꝛ filio significet.vndeꝛ paulus ait: Hęc aūt oia operat vnus atq; idem spūs diuidens singulis ꝓut vult. Sicut aūt p baptismū in xpo morimur.ꝛ renascimur·ita spū signamur. qđ est digitus dei ꝛ speciale signaculū. Spiritus sanctus idcirco in columbę specie venisse scribit· ut natura eius p auem simpliciratis ꝛ innocentię declaret. Undeꝛ dns: estote inquit simplices sicut columbę. Hęc enim auis coꝛporaliť ipso felle caret·habēs tm innocentiā ꝛ amoꝛē. Spūs sanctus inde noie ignis appellat.ꝓpter hoc q; in actibus aplꝝ p diuisionē linguaꝝ ut ignis apparuit qui ꝛ insedit sup vnūquēq; eoꝝ. Proptereꝛa autē diuersarū linguarū gratiā aplis dedit·ut idonei efficerent fideliū eruditione populoꝝ. Nā vo supra singulos sedisse memorať·id causę est·ut intelligať p plures nō fuisse diuisus·ꝫ mansisse in singulis totus·sicut fere ignib⁹ mos est. Manc enim naturā habet ignis accensus·ut quanti ad eum quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint tantis visum suę lucis imptiat·tantis ministeriū sui muneris tribuat.ꝛ ipse nihilomin⁹ in sua integritate ꝑmaneat. Spūs sanctus noie aquę appellat in euangelio. dño clamante ꝛ dicente: Si quis sitit veniat ad me ꝛ bibat. Qui credit ī me flumina aquę viuę fluent de ventre ei⁹. Euangelista aūt exposuit vnde diceret. Secutus enī ait: Hoc aūt dicebat de spū·quē accepturi erant credentes in eū·ꝫ aliud est aq̄ sacramēti·aliud aqua quę significat spiritum dei. Aqua enī sacramenti

visibilis est·aqua spūs sancti inuisibilis est. Ista abluit corpus.ꝛ significat qđ fit in anima·p illū aūt spiritū sanctū ipsa anima mundat̄·ꝛ sagina/tur. Spūs sanct⁹ ideo vnctio dicit̄·iohe apostolo testāte·q: sicut oleum naturali pondere super/fert̄ omni liquori·ita in principio supferebat̄ spiritus sanctus aquis. Unde ꝛ dñs·oleo exultationis·hoc est spiritu sancto·legit̄ fuisse vnct⁹. Sz ꝛ iohes apostolus spiritū sanctū vnctionē vocat dicens: Et vos in⁹ vnctionē quā accepistis ab eo ꝓmaneat i vobis.ꝛ nō necesse habetis ut aliquis doceat vos·ꝫ sicut vnctio eius docet vos de omnire. Ipse enim spūs sanctus·vnctio est inuisibilis.

De eadem trinitate Cap̄.iiii.

Trinitas appellat̄ q fiat totum vnum ex quibusdā tribus·quasi triunitas·ut memoria·intelligentia.ꝛ voluntas·in quibus mens habet in se quandam imaginē diuine trinitatis. Nam dum tria sint·vnū sunt·quia ꝛ singula in se manent.ꝛ omnia in omnibus. Pater igit̄ꝛ filius ꝛ spūs sanct⁹ ꝛ trinitas ꝛ vnitas. Idē enī vnū·idem ꝛ tria. In natura vnū·in personis tria. Unum ꝓpter maiestatis cōmunionē·tria ꝓpter psonarū ꝓprietatem. Nam alius pater alius filius·alius spūs sanctus·ꝫ alius quidē nō aliud·q: pariter simpler·pariterq; incōmutabile bonū ꝛ coeternū. Pater solus nō est de alio.ideo solus appellat̄ ingenitus. Filius solus de patre est natus·ideo solus dicit̄ genitus. Spūs sanct⁹ solus de patre ꝛ filio ꝓcedit·ideo solus ambozū nūcupat̄ spiritus. In hac trinitate·alia sunt appellatiua nomina·alia ꝓpria sunt. Propria sūt essentialia·ut deus·dñs·omnipotens·incōmutabilis imortalis. Et inde ꝓpria·q: ipsam substantiam significant·qua vnū sunt. Appellatiua ẏo pater ꝛ filius ꝛ spūs sanctus·ingenitus ꝛ genitus.ꝛ ꝓcedens. Eadem ꝛ relatiua·q: ad seinuicē referunt̄ Cum enī deus dicit̄·essentia est: q: ad seipsum dicit̄. Cum ẏo dicit̄ pater ꝛ filius ꝛ spūs sanct⁹·relatiue dicunt̄·q: ad se inuicē referunt̄. Nā pater non ad seipsum·ꝫ ad filium relatiue dicit̄·q: est ei filius.sic ꝛ filius relatiue dicit̄·q: est ei pater.sic ꝛ spūs sanctus·q: est patris filiꝰq; spūs. His enim appellationibus hoc significat̄ q ad seinuicē referunt̄·nō ipsa substantia qua vnū sunt. Proinde trinitas in relatiuis psonaꝝ nominibus est. Deitas nō triplicat̄·ꝫ in singularitate est·q: si triplicat̄·deoꝝ inducimus pluralitatem. Nomen autē deozū in angelis ꝛ sanctis hominib⁹ ideo pluraliter dicit̄·ꝓpter q nō sint merito cēles. De quib⁹ psalmus: ego dixi dij estis. De patre aūt ꝛ filio ꝛ spū sancto ꝓpter vnā ꝛ equalē diuinitatē·nō nomen deoꝝ ꝫ dei esse ostēdit̄·sicut ait aplus: Nobis tū vn⁹ deus.uel sicut voce diuina dicit̄: Audi isrl̄ dñs deus tuus deus vn⁹ est.scilicet ut ꝛ trinitas sit.ꝛ vnus dñs deus sit. Fides apud grecos de trinitate hoc modo est vna via·ac si dicat̄ vna natura aut vna essentia. Tres hypostases·quod resonat in latinū·uel tres psonas·uel tres substātias. Nā latinitas ꝓprie nō dicit de deo nisi essentiam·substantiā ẏo non ꝓprie dicit ꝫ abusiue·qm̄ vere substantia apud grecos psona intelligit̄·nō natura.

De angelis Cap̄.v.

Angeli grece vocant̄·hebraice malaoth·latine ẏo nunciꝰ interpretantur·ab eo q domini voluntatem populis nunciant. Angelozū aūt vocabulū·officiꝰ nomen est nō naturę·semp enī spūs sunt·ꝫ cum mittunt̄ vocantur angeli. Quib⁹ ideo pictozū licentia pennas facit·ut celerē eoꝝ in cuncta discursum significet·sicut ꝛ iuxta fabulas poetaꝝ·venti pēnas habere dicunt̄·ꝓpter velocitatē scilicet. Unde scriptura sacra dicit: qui ambulat sup pēnas ventozū. Nouē aūt ordines esse angeloꝝ·sacrę scripturę testant̄·id ē angeli·archāgeli·thzoni·dominationes virtutes·principatus·potestates·cherubin ꝛ seraphin. Quozum officiozū vocabula·cur ita dicta sint·interpretando exequimur. Angeli vocantur ꝓpter q de cēlis ad annūciandū hominib⁹ mittunt̄. Angelus enī grece·latine nūcius dicit̄. Archangeli grēca lingua·latina sūmi nunciꝰ interpretant̄. Qui enim parua uel minima annūciant angeli·qui ẏo sūma·archangeli nūcupant̄. Archangeli dicti·eo q primatū teneant inter angelos. Archos enī grece·latine princeps interpretat̄. Sūt enī duces ꝛ principes·sub quozū ordine vnicuiq; angelozum officia deputata sunt. Nā q: archangeli angelis ꝓsūt: Zacharias ꝓphera testat̄ dicens: Et ecce angelus qui loquebat̄ i me egrediebat̄.ꝛ alius angelus egrediebat̄ in occursum eius.ꝛ dixit ad eū: curre ꝛ loquere ad puerū istū dicens: absq; muro habitabit̄ irlm. Si enī in ipsis officijs angelozū·nequaq; potestates superiores inferiores disponerent·nullo modo hoc qđ homini diceret angel⁹ ab angelo cognouisset. Quidam aūt archangelozum ꝓpriis nominib⁹ appellant̄·ut ꝓ vocabula ipsa in opere suo qđ valeant designet̄. Michael hebraice in linguā nostram vertit̄·quis ut deus. Quando enī aliquid in mūdo mirę virtutis fit·hic archangelus mittitur. Et ex ipso ope nomen est eius·q: nemo valet facere qđ facere ꝓualet deus. Gabriel interpretat̄ fortitudo dei. Ubi enī potentia diuina uel fortitudo manifestat̄·gabriel mittit̄. Unde ꝛ eo tempore quo erat dñs nasciturus ꝛ triūphaturꝰ de mundo: gabriel mittit̄ ad mariam·ut illū annunciaret·qui ad debellandas aereas potestates humilis venire dignatus est. Raphael interpretatur curatio·uel medicina dei. Ubicunq; enī curādi ꝛ medendi opus necessariū est·hic archangelus a deo mittit̄.ꝛ inde medicina dei vocatur. Unde ꝛ ad tobiam idem archāgelus missus oculis eius curationē adhibuit.ꝛ ęcitate detersa visum ei restituit. Nominis enī interpretatiōe ꝛ angeli officiū designat̄. Uriel interpretat̄ ignis

dei·sicut legim⁹ apparuisse ignē in rubo. Legimus etiā ignē missum desup ⁊ implesse qđ p̄ceptū ē. Throni aūt ⁊ dñationes ⁊ principat⁹ ⁊ potestates ⁊ virtutes·quib⁹ vniuersam cęlestē societatem aplus complectit·ordines angelo⁹ ⁊ dignitates intelligunt. ⁊ p hac ipsa distributione officioꝝ alij throni·alij dominationes·alij principat⁹·alij potestates dicunt. p certis dignitatib⁹·quib⁹ inuicem distinguunt. Virtutes angelicę quędā ministeria ꝓhibent·p quę signa ⁊ miracula in mundo fiūt. ꝓpter qđ ⁊ virtutes dicūt. Potestates sūt quib⁹ virtutes aduersę subiectę sunt. ⁊ inde potestatū noie nūcupant·q: maligni spūs eo⁹ potestate coercent·ne tantū mūdo nocent quantū cupiūt. Principat⁹ sunt hi qui angelo⁹ agminibus p̄sūt. Qui p eo q subditos āgelos ad explendū ministeriū diuinū disponūt·principat⁹ vocabulū acceperūt. Nā alij sunt qui administrant·alij qui assistūt. sicut p Danielē dicit: Milia miliū ministrabāt ei. ⁊ decies milies centena milia assistebāt ei. Dominatiōes sūt hi·q̄ etiā virtutib⁹ ⁊ principatib⁹ p̄ceminēt·q̄ p eo q cęteris angelo⁹ agminib⁹ dñant·dñationes vocant. Throni sūt agmina angelorū qui latino eloquio sedes dicuntur. ⁊ vocati throni quia illis conditor p̄sidet ⁊ per eos iudicia sua disponit. Cherubin autem ⁊ ipsi sublimes cęlorū potestates. ⁊ angelica ministeria ꝓhibent·q̄ ex hebr̄o in linguā nostrā interpretāt scię multitudo. Sūt aūt sublimiora agmina angelorū·q̄ p eo q vicin⁹ positi·diua sciētia cęteris ampli⁹ pleni sūt·cherubin plenitudo scię appellant. Ipsa sunt duo illa aialia supra ꝓpitiatoriū archę ficta ex metallo·ꝓpter significandā angelo⁹ p̄sentiā·in quoꝝ medio ostendit⁹ de⁹. Seraphin q̄ similit̄ multitudo ē angelo⁹·q̄ ex hebr̄o i latinū ardentes uel incendētes interpretant. Qui idcirco ardētes vocāt·q: int̄ eos ⁊ deū nulli alij angeli consistūt. ⁊ ideo quāto vicini⁹ coā deo cōsistūt tanto magis claritate dīni luminis inflāmant. Unde ⁊ ipsi velant facię ⁊ pedes sedētis in throno dei. ⁊ idcirco cętera angelo⁹ turba videre dei essentiā plene non valet·qm̄ seraphin eam tegit. Hęc igit̄ vocabula agminū āgelo⁹·ita sūt specialia ordinū singulo⁹·ut tamen sint ex pte cōmunia omniū. Nā dū throni sedes dei i quorūdam angelorū ordine specialit̄ designent·tm̄ p psalmistā: q̄ sedes sup cherubin·dicit. Sed ideo isti ordines angelo⁹ priuatis noibus appellant: q: hoc ipsum officiū in ꝓprio ordine plen⁹ acceperūt. Et cū sint omnib⁹ cōmunia·ꝓprie tm̄ hęc noia suis ordinibus deputant. Unicuiq; etiā sicut p̄dictū est·ꝓpria officia sūt iniūcta·quę eos ꝓmeruisse in mūdi constat exordio. Nā q: angeli ⁊ locis ⁊ hominibus p̄sunt·p ꝓphetā testat angelus dicēs: Princeps regni pſaꝝ restitit mihi. Unde apparet·nullū esse locū cui angeli nō p̄sint. P̄sunt eni ⁊ auspiciis operū oiuz. Hic est ordo uel distinctio angelorū·qui post lapsū malo⁹ i cęlesti vigore steterūt. Nā postq̄ apostatę angeli ceciderūt·hi in pseuerantia ęternę beatitudinis solidati sūt. Unde ⁊ post cęli creationē i principio repetit: Fiat firmamētum. ⁊ vocatū est firmamentū cęlū. nimirū ostendens q̄ post ruinā angelo⁹ malo⁹·hi qui pmanserūt·firmitatē ęternę pseuerantię consecuti sunt. nullo iā lapsu auersi·nulla superbia cadentes·ꝫ firmit̄ mūdi amore ⁊ contēplatiōe manentes·nihil aliud dulce habent·nisi eū a quo creati sunt. Q̄ aūt duo seraphin in Esaia legunt·figuralit̄ veteris ⁊ noui testamēti significationē ostendūt. Facie ꝺo ⁊ pedes operiūt dei·q: p̄terita ante mundum. ⁊ futura post mundū scire nō possumus·sed media tm̄ eo⁹ testimonio contemplamur. Singuli senas alas habēt·q: fabricā tm̄ mūdi·quę in sex dieb⁹ facta est·in p̄senti sęculo nouimus. Q̄ clamant ter sanctus·alter ad alterū·trinitatis in vna diuinitate demonstrat mysterium.

De hoib⁹ q̄ q̄dā p̄sagio nomē acceperūt Cap. vi.

Ꝑ ęriq; primo⁹ hominū ex proprijs causis originem nominū habēt: Quib⁹ ita ꝓphetice indita sunt vocabula·ut aut futuris·aut p̄cedentibus eoꝝ causis conueniant. In quibus tamē manente speciali sacramēto nūc tm̄ ad litterā intellectū historię pſequimur. Ubi aūt etymologię interpretationē nō astringimus. solam ipsam etymologiā in latinū ponimus. Q̄ aūt vnum nomen hebraicū·aliter atq; alit̄ interpretat·hoc ꝑm accentuū ⁊ litterarū euenit diuersitatē·ut in varijs significationib⁹ noia computent. Adam sicut beat⁹ hieronym⁹ tradit·homo siue terrenus·siue terra rubra interpret. Ex terra eni facta est caro. ⁊ humus hois faciēdi materies fuit. Eua interp̄etatur vita: siue calamitas siue ve. vita q: origo fuit nascēdi. calamitas ⁊ ve. q: p p̄uaricationē causa extitit moriendi. A cadendo eni nomen sumpsit calamitas. Alij aūt dicunt ob hoc etiam vita ⁊ calamitas appellatā·q: sępe mulier viro causa salutis est·sępe calamitatis ⁊ mortis origo·qđ est ve. Cain possessio interpret. vnde etymologiā ipsi⁹ exprimēs pater ei⁹ ait: Cain·id est possedi hominē p deū. Idē ⁊ lamētatio·eo q p interfecto abel interfect⁹ sit. ⁊ pęnā sui sceleris dederit. Abel luct⁹ interpretat. quo noie p̄figurabat occidēdū. Idē ⁊ vanitas·q: cito solutus ē atq; subtract⁹. Seth interpretat resurrectio·eo q p fratris interfectionē nat⁹ sit·q̄si resurrectionē fratris ex mortuis suscitaret. Idē ⁊ positio·q: posuit eū de⁹ p abel. Enos iurta ꝓprię linguę varietatē·homo uel vir dicit. Et cōgrue hoc vocabulū habuit. De eo eni scriptū est. Tūc enim initiū fuit inuocādi nomē dñi·licz plęriq; hebrę orū arbitrent q̄ tūc primū in nomine dñi ⁊ similitudine ei⁹ fabricata sūt idola. Enoch·dedicatio In ipsi⁹ eni noie ciuitatē postea ędificauit Cain. Cainan·lamentatio uel possessio eoꝝ. sicut enim cain possessio·ita derivatiū nomen qđ ē cainan facit possessio eo⁹. Mathusalā interpretat·mortu⁹

est. Euidens etymologia nois. quidã enī eũ cum pr̃e trãslatũ fuisse ⁊ diluuiũ p̃eterisse putauerũt. Ob hoc signanť trãsferť mortu' ẽ. ut oñderet nõ vixisse eũ post diluuiũ. ħ ī eodẽ cataclysino fuisse defunctũ. Soli enī octo hoies ī archa euaserunt diluuiũ. Lamech. ꝑcutiẽs. Iste enī ꝑcussit ⁊ interfecit cain. Nõ eriã ipse postea ꝓpterasse vtroꝝb' cõfiteť. Noe. requies interp̃ať. p eo q̃ sub illo oia retro opa quieuerũt p diluuiũ. Unde ⁊ pať ei' vocans nomẽ ei' noe dixit: Iste requiescere nos faciet ab oib' opib' nr̃is. Sem dicit noiatus. eo q̃ nomẽ ex posteritať p̃ęsagio accepit. Ex ipso enī patriarchę ⁊ ꝓphetę ⁊ apli ⁊ ꝓphi dei. Ex eius ꝙ stirpe ⁊ xp̃us. cui' ab ortu solis vsq̃ ad occasũ magnũ elt nomen ī gentib'. Cham. calid'. q̃ ipse ex p̃ęsagio futuri cognoiať ẽ. Posteritas enī eius eam terrę partẽ possedit. quę vicino sole calentior est. Uñ ⁊ ęgypť vsq̃ hodie ęgyptioꝝ ligua cham dicitur. Japeth. latitudo. Ex eo enī ꝓphus gentiũ nascit. ⁊ q̃. lata ẽ ex gentib' multitudo credentiũ ab eadem latitudine iapeth dict' ẽ. Chanaan filius cham interp̃ať mor' eoꝝ. Nõ q̃d ẽ aliud nisi opus eoꝝ? Pro motu enī patris. id ẽ ꝑ ope ei' maledict' ẽ. Arfaxat. sanans depopulationẽ. Chus hebraice ęthiops interp̃ať. a posteritate sui generis nomen sortit'. Ab ipso enī sũt ꝓpagati ęthiopes. Nemroth. interp̃ať tyrann'. Iste enī p̃ior arripuit insuetã in ꝓphos tyrãnidẽ. ⁊ ipse aggressus ẽ aduersus deũ ipietatis ędificare turrẽ. Heber. transit'. Etymologia eius mystica est. q̃ ab eius stirpe trãsiret de'. nec ꝑseueraret ī eis. trãslata in gentib' gr̃a. Ex ipso enī sunt exorti hebręi. Falech. diuisio. cui pater ꝓterea tale nomẽ ipo/suit. q̃: tũc nať ẽ qñ ꝑ linguas r̃a diuisa ẽ. Thara. exploratio aſcẽsiõis. Melchisedech. rex iust'. rex. q̃: ipse postea impauit salẽ. iust'. ꝑ eo q̃ discernens sacramẽta legis ⁊ cuãgeliꝯ. nõ pecudum victimas. ħ oblationẽ panis ⁊ calicis in sacrificiũ obtulit. Loth. declinãs. Factis enī sodomoꝝ nõ cõsensit. ħ eoꝝ illicita carnis incendia declinauit. Moab. ex patre. totum nomẽ etymologiã habet Cõcepit enī eũ ꝓmogenita filia de pr̃e. Ammon cui' causa nomen reddit. fili' ꝓphi mei. sic deriuať ut ex parte sensus nois. ex ꝑte ipse sit sermo. Ammi enī. a q̃ dicti sũt ammonite. vocať ꝓphus meus. Sarai. interp̃ať ꝓnceps mea. eo q̃ esset vni' tantũmodo domus matfamilias. Postea causa nois immutata. ablata de fine ī littera dicitur sara. id est ꝓnceps. Omniũ quippe gentiũ futura ꝓnceps erat. sicut ⁊ dñs pollicitus fuerat ad abrahã: Dabo tibi ex sara filiũ. ⁊ benedicã ei. ⁊ erit in gẽtes. ħ ⁊ reges ꝓphoꝝ erũt ex eo. Agar. aduena uel conuersa. Fuit enī ęgyptia complexui abrahę aduena causa generãdi data quę post cõtẽptũ angelo increpante cõuersa elt ad sarã. Letbura. thymiama interp̃ať. Jsmahel. interp̃ať auditio dei. sic enim scriptũ est: Et vocauit nomẽ ei' ilmahel. q̃ exaudiuit eũ de'. Esau trinomius ẽ. ⁊ ex ꝓꝑis causis varie nũcupať. Dicit enī esau. id est rufus. ob corrionẽ scilicꝫ rufe lentis. ita appellat' cui' edulio ꝓmogenita ꝓdidit. Edom aũt ob rubozẽ corpis dict' est. qõ latine sanguine' dicit. Seir vo. q̃ fuerit hispidus ⁊ pilosus. qñ enī nat' est. totus sicut pellis pilosus erat. atq̃ idẽ trib' noib' appellatur. Esau. id est rufus. Edom. idest sanguine'. Seir. id est pilosus. q: nõ habuit lenitatẽ. Rebecca. patientia. siue quę multum accepit. Lia. laboriosa vtiq̃ generãdo. Plurimos enī dolores q̃ rachel fęcũditate pariẽdi exꝑta est. Rachel interp̃atur ouis. p ea enim iacob pauit oues laban. Çelphaos hians. Bala. inueterata. Dina trãsferť in cãm. Jurgiꝯ enim in sichimis causa extitit. Thamar amaritudo. p viris mortuis. Eadem ⁊ cõmutãs. Muranit enī se ī habitũ meretricis qñ cũ socero suo concubuit. Phares. diuisio. ab eo q̃ diuiserit mẽbranulã secũdaꝝ: diuisoris. id est phares sortitus ẽ nomẽ. Uñ ⁊ pharisęi q̃ se q̃si iustos a ꝓphs separabãt diuisi appellabanť. Çara fraťer ei' in cui' manu erat coccinũ. interp̃ať oriens. siue q: ꝓmus apparuit. siue q: plurimi ex eo iusti nati sũt. ut in libro paralypomenon ꝓtineť: Çara. id est oriens appellat' est. Job. in latinũ vertit dolens. ⁊ recte dolens ꝓp̃ ꝑcussionẽ carnis ⁊ passiões dolorum. Calamitates enī suas nois etymologia p̃figurauit. Pharao nomẽ est nõ hominis ħ honoris sicut ⁊ apud nos augusti appellãtur reges. cũ proꝑꝛis noib' censeanť. Exprimit aũt ī latinũ pharao. denegãs eũ. vtiq̃ deũ. siue dissipatoꝛ ei'. Populi enim dei fuit afflictoꝛ. Jamnes. marin'. siue vbi est signũ eius. Lessit enim ⁊ defecit signũ eius coꝛam signis moysi. vnde ⁊ dixerunt magi: Hic digitus dei est. Mambres. mare pellitiũ. siue mare in capite. Moyses. dcniq̃ interp̃ať sumptus ex aqua. Jnuenit enī eum ad ripam fluminis expositũ filia pharaonis. quę colligens adoptauit sibi. vocauitq̃ nomẽ eius moyses. eo q̃ de aqua sumpsisset eũ. Aaron. mons fortitudinis interp̃ať. ꝓp̃ q̃ thuribulũ accipiens in medio supstitit ⁊ interemptoꝝ obuiã sterit. ⁊ ruinã mortis quasi q̃dã mons fortis exclusit. Eleaçar. dei adiutoriũ. Balach. p̃cipitãs siue deuozãs. Balaam. van' ꝓphs. Finees. oris parcẽs. trãffixit enim pugione çambri cũ scorto madianitide. ⁊ dñi furorẽ placauit ut parceret. Çabri. stella lacessiens uł amaricãs. Proꝑꝛie enī nomẽ ab amaritudine vocatũ. q̃ peccando amaricauerit ꝓphm. Raab. latitudo uel fames siue iper'. Josue interꝑať saluator. Ipse enim ī figura xp̃i ꝓphm a deserto saluauit. ⁊ ī terrã repromissiõis induxit. Caleph. q̃si coꝛ aut canis. Gothoniel. tẽp' eius de' uel respõsio dei. Aoth. gloriosus. Barach. fulguraus. Delboza. apis uel loquax. Apis. q: fuit ad bellũ ꝓmptissima. dimicans aduersus sisarã. q̃ pempto cecinit cãticũ inde loquax. Jabel. ascẽsio. Gedeon. experimẽtũ inquitat' eoꝝ. Frequẽtib' enī documẽtis informat' est quali p̃ęsagio cõtra hostes futurã victoriam

expediret ex quo futuro experimēto etymologiā nois sūpsit. Abimelech pat' me' rex. Thola vermiculus uel coccinū. Jair illuminās. Jepte aperiens uel aper'. Esebon cogitatio siue vinculum meroris. Abdo seru' ei'. Samson sol eor uel solis fortitudo. Fuit enī ⁊tute clar' ⁊ liberauit isr'l de hostib' eor. Dalida paupcula uel situla. Booz in fortitudine siue in quo robur. Noemi quam interpretari possumus cōsolatā eo q marito ⁊ liberis peregre mortuis nurū moabitidē in consolatione sua tenuit. Ruth interptatur festinās. Alienigena enim erat ex ꝑplo gentili quę relicta patria festinauit trāsire in terrā isr'l dicēs socrui sue: Quocūqz pexeris pgam. Anna gratia eius interptat' q dū esset pius sterilis natura postremo dei gratia fecūdata ē. Heli de' me'. Ofni discalciatus. Filj' enī fuit heli electj' in ministerium sacerdotis cui' amissionem suo exꝑsit vocabulo. Apls enī ait: Calciati pedes ī pcpationē euangelij pacis. Et ꝓpheta: Quā speciosi pedes q annūciant pacē. Iste q discalciat' interptat' ut ei' noie veteris testamēti sacerdotiū a veteri ꝑplo significaret ablatū. Finees frat' ofni os mutū interptatur quo significatur sacerdotij veteris ⁊ doctrinę silentiū. Samuel nomen ei' deus. Jesse in sole sacrificiū uel incensū. Saul petitio interptat'. Notū est enī quō hebreor ꝑplus eum sibi regē petierit ⁊ accepit nomē nō ꝑm deū ꝟ ꝑm suā voluntatē. Dauid fortis manu interptat' q fortissimus in pelijs fuit. Ipse ⁊ desiderabilis in stirpe sclicz sua de q dixerat ꝓpheta: Veniet desiderat' cunctis gentib'. Salomon trib' noib' fuisse pbibet'. Primū vocabulū ei' salomon dicit' id est pacific' eo q in regno ei' pax fuerit. Secūdū nomen idida eo q fuerit dilectus ⁊ amabilis dño. Tertium vocabulū eius coeleth qd grece appellat' ecclesiastes latine concionator q ad ꝑplm loqueret'. Jonathan colūbe donū. Absalon patris pax pantiphrasin eo q bellū aduersus patrē gessisset siue q in ipso bello dauid placatus fuisse legit' filio adeo ut etiā magno cū dolore extinctū plangeret. Roboā latitudo ꝑpli ⁊ ipsum per antiphrasin q decē tribub' ab eo sepatis duę tm ei relicte sint. Abia pater dñs uel pat' fuit. Asa tollens siue sustollens. Josaphat dñi iudiciū. Jozā q est excelsus. Ochoçias apphēdēs dominū. Athalia tēpus domini. Joab spirans uel dñi robur. Amasias ꝑplm tollēs. Oçias fortitudo dñi. Açarias auxiliū dñi. Oçias aūt ipse ē qui ⁊ açarias duplici noie. Ipse ē qui illicitū sibi sacerdotiū vendicare conatus lepra ī fronte pcussus ē. Joathan est pfectus. Pulchrā etymologiā nois habet. Fecit enī rectū in conspectu dñi ⁊ portā templi ędificauit excelsam. Achaz apphendēs. Ezechias fortis dñs. Manasses obliuiosus. Per multa enī scelera ⁊ sacrilegia reliquerat ⁊ oblit' fuerat dñi. siue q oblit' deus pcōr illi'. Amon fidelis uel honestus. Josias vbi est incensū dñi. Propria etymologia nois. Iste ē enī q simulacra cōbussit. Joachaz robust'. Joachim vbi ē ꝓpatio. Eliachim dei resurrectio. Jechonias ꝓpatio dñi. Sedechias iust' dñi. Hieroboam iudicatio dñi siue causa ꝑpli. uel ut quidā aiūt diuisio interptat' ꝑ eo q in regno eius diuisus sit ꝑplus isr'l ⁊ pcisus a regno stirpis dauid. Diuisionis enī ꝑpli causa iste extitit. Cambri psalm' uel cāticū meū uel hymnū. Amri crispans me'. Achab frat' patris. Jezabel fiurus sanguinis uel fluēs sanguine. ꝟ meli'. vbi est sterquiliniū. Precipitata enī deor sū comederunt carnes ei' canes sicut prędixerat helias: Et erūt inq carnes iezabel sicut stercus sup faciem terrę. Ochoçias apphēdēs deū. Jehu ipse ꝺo ē. Joathan robust'. Sella vmbra ei' uel petitio. Manaen ꝓsolās. Pharaeas aperiēs. Nabuchodonosor ꝓpheria lagūculę āgustę siue ꝓpherās iustus modi signū ꝑ somnio scz futuror qd vidisse narrat' ⁊ daniel interptat' ē siue sessio ī agnitiōe angustię ꝑ his q in captiuitatē ab eo ducti sūt. Zorobabel apud hebreos ex trib' integris noibus tradit' eē cōposit'. Zo iste ro magister babel ꝓpe babyloniū sonat. ⁊ efficit' nomē Zorobabel iste magister de babylone. Jn babylone enī ortus ē vbi ⁊ ꝓnceps gentis iudeę extitit.

De patriarchis Cap. vii.

Vocūdā patriarchar ꝑ etymologię notā/
q dę sūt ut sciam' qd ī suo vocabulo resonent. Nā plerigz eor ex causis ꝓpijs nomina acceperūt. Patriarcha interptat' pat ꝓnceps. Archos enī grece ꝓnceps ē. Abram primū vocat' ē pater videlicet ꝑplm ꝓpe israhelitas scz trm. postea appellat' ē abrahā qd trāsferē pat' multarū gētiū qd erat adhuc ꝑ fidē futur. Gentiū aūt non habet' in noie ꝟ subaudit' iurta illud: Erit nomē tuū abrahā q patrē multar gentiū posui te. Jsaac ex risu nomē accepit. Risit enī pater qn ei pmissus ē admirans in gaudio. Risit ⁊ mater quādo ꝑ illos tres viros pmissus est dubitans in gaudio. Et hac q causa nomē accepit Jsaac. interptat' enī risus. Sciēdū aūt q quattuor ī veteri testamento absq vllo velamine noib' suis anteq nascerēt vocati sunt. ismahel. isaac. salomon ⁊ iosias. Lege scripturas. Jacob supplantator interpretat' siue q in ortu plantā nascētis fratris apprehēderit siue q postea fratrē arte decepit. vñ ⁊ esau dixit: Juste vocatū ē nomē eius iacob: supplantauit enī me ecce secūdo. Jsrahel vir videns deū. Tūc enī hoc nomē accepit quādo tota nocte luctatus vicit in certamine angelū. ⁊ oriente lucifero benedictus est. Jnde ꝓpter visionem dei isr'l appellat' ē sicut ⁊ ipse ait: Vidi dominū facie ad faciē ⁊ salua facta est anima mea. Ruben interptatur visionis filius siue videns filium. Sic enim quando eum peperit lia vocauit nomen eius ruben dicens: quia vidit deus humilitatem meam. Symeon interpretat' auditio dei. Sic enim dixit lia quando eum peperit: quia exaudiuit me deus.

fieret perfecte ab illo est visa: sed dum nos singula videntes laudamus: tanq̃ ipse videat laudetq̃ per nos: sicut illud: Nõ estis vos qui loquimini ꝫ spũs patris vr̃i q̃ loq̃t̃ i vobis. Proinde sic ipse p nos loquit̃: ita videt & laudat p nos sed p se perennit̃ ac sempiterne videt: p nos ꝺo tẽporaliter. Attende vniuersaliter creaturã in pncipio valde bonam vocari: singulariter ꝺo tm̃ bonam. Quia & membra corporis cum sint singula bona: maius tamen bonum faciunt dum singula omnia valde bonum corpus efficiũt. Decor elementorũ omniũ in pulchro & apto consistit. sed pulchrum est quod p seipsum est pulchrũ: ut homo ex anima & membris omnibus constans. Aptum ꝺo est ut vestimentũ & victus. Ideoq̃ hominem dici pulchrum ad se: q̃a nõ vestimẽto & victui ẽ homo necessarius ꝫ ista homini. Ideo aũt illa apta: quia nõ sibi sic̃ homo pulchra: aut ad se ꝫ ad aliud: id ẽ ad hominem accõmodata nõ sibimet necessaria. Hoc & de cæteris elementorũ naturis dicendũ. Cuncta quę sunt & facta sunt: mira valde sunt ꝫ consuetudine viluerũt Ideoq̃ sic diuina scrutarę opera ut semp ea cogites imensa.

Unde malum Cap̃.xi.

Malum a diabolo nõ est creatum ꝫ inuentum. & ideo nihil est malũ: quia sine deo factum est nihil. Deus aũt malum nõ fecit: nõ quia alicubi aut aliquã do erat malũ vnde fieret diabolus ꝫ quia vitium ẽ: dum esset angelus bonus: supbiendo factus est malus. & ideo recte dicit̃ ab eo inuentũ malum. Nullã esse creaturam mali constat: quia natura omnis aut incõmutabilis est ut deus: aut cõmutabilis ẽ ut creatura. Malum ꝺo ideo natura nulla ẽ: quia accedendo in bonam naturam efficit eam vitiosam. Quod dum discedit: natura manet. & malum qõ inerat nusq̃ est. Ex eo quod vitium nocet naturę agnoscit̃ vitiũ naturã nõ esse: quia nihil qõ naturale est nocet. Dum natura bona damnatur ꝓter voluntatẽ malam: ipsa voluntas mala testis est naturę bonę: quę intantũ testat̃ eam esse bonã: ut illam deus p malo nõ relinquat inultam. Credit̃ ab hereticis mentem a deo: vitia a diabolo fuisse creata: vnde & ab ipsis duę naturę bona & mala putant̃. Sed vitia natura nõ sunt. & dum vere a diabolo sint: nõ tamen creata sunt. Quã ob causã permiserit deus mala oboriri statim nisi ut ex contrarijs malis bonę naturę decor emineret? Modus iste etiã in verbis esse comperitur. Qui mod⁹ antitetha grece dicit̃: qõ latine oppositũ uel contrapositum nominat̃. Et fit pulchra locutio quando mox contraria prosperis pferunt̃. Ita & in rebus pmixtum est malum: ut naturę bonũ ad compationem excelleret mali. Fecit deus omnia valde bona: nihil ergo natura malum: quando & ipsa quę in creaturis videntur esse pnalia si bene vtant̃ & bona & prospera sunt: si male vtantur nocent. Ita ergo pẽsanda est creatura ex nostro vsu nõ bona: nã ex sua natura valde bona. Si radas superciliũ hominis paruam rem demis: ꝫ totius corporis ingeris fœditatem. Ita & in vniuersitate creaturę est: si extremum vermiculum natura malum dixeris: vniuersę creaturę iniuriã facis. Cuncta mala p peccatum primi hominis p pœna sunt translata in vniuersum genus humanũ. Proinde quęcũq̃ vident̃ mala partim nobis semiũt origine partim culpa. Mala dicunt multa i creaturis puerũ: ut ignẽ quia vrit: ut ferrũ quia occidit: ut feram: quia mordet: ꝫ cõmoda ipsorum nõ intendẽs homo accusat in illis quod sibi debet potius imputare: cuiq̃ p peccato ista effecta sũt noxia quę illi omni ex parte fuerũt ante peccatũ subiecta. Nostro vitio nõ sua natura nobis mala sũt ea quę nobis nocent. Nam lux cũ sit bona: infirmis oculis noxia est. & tũc oculorum vitium non lucis est: sic & cætera. Cum creaturarum stimulis & elementorum aduersitatibus homo verberatur peccari hoc exigente pœna ut deo supbiens homo ea quę infra ipsum sunt patiatur aduersa. Unde & in sapientia legit̃ pro deo. Pugnabit cum eo orbis terrarũ contra insensatos. Merito ergo peccatoꝝ hoc actum est ut naturaliter prospera mutent̃ homini in aduersa. Unde & salomon dicit: Creatura exardescit in tormentũ aduersus iniustos. & lenior est ad benefaciendũ bis qui in deo confidũt. Nõ erit caro subiecta animę nec vitia rationi: si animus nõ est subditus cõditori. Tũc autẽ recte subijciunt̃ nobis omnia quę sub nobis sũt: si nos subijcimur ei a quo nobis illa subiecta sunt. Nam & quę videtur subiecta esse ei qui deo subiect⁹ nõ est: ille potius subijcit̃ eis qui suã voluntatẽ subiugat amori eorũ quę sibi eẽ subiecta existimat.

De angelis Cap̃.xii

Angelorum nomen: officij est nõ naturę. Nam fm naturam spiritus nuncupant̃ Quando enim de cęlis ad annunciandũ hominib⁹ mittunt̃: ex ipsa annũciatione angeli nominant̃. Natura enim spiritus sũt. Tũc autẽ angeli vocant̃: quãdo mittunt̃. Natura angelorum mutabilis est: quia inest illis mutabilitas in natura: ꝫ facit eos incorruptos charitas sempiterna. Gratia dicimus nõ natura esse incõmutabiles ãgelos. Nã si natura incõmutabiles essent diabolus nõ vnq̃ cecidisset. Mutabilitati itaq̃ naturę suffragat̃ in illis cõtẽplatio creatoris: inde & priuatus est apostata angelus dum fortitudinẽ suam nõ a deo: ꝫ a se voluit custodiri. Ante omnẽ creaturam angeli facti sũt dum dictũ est fiat lux. De ipsis enim dicit scriptura: Prior omniũ creata est sapientia. Lux enim dicuntur participando luci ęternę. Sapientia vero dicũtur: ingenitę inhęrendo sapientię. Et dum sint mutabiles natura: nõ tamen sinit eos contemplatio mutari diuina. Ante omnẽ creaturam mundi creati sũt angeli. Et ante omnẽ creationẽ angelorũ diobolus

conditus est·sicut scriptū est. Ipse est principium viarū dei. Unde ⁊ ad comparationē angelorum archangelus appellatus est. Prius enim creatus extitit ordinis prelatione nō temporis quāritate. Primatū habuisse inter angelos diabolum excellentia prelationis·ex qua fiducia cecidit·ita ut sine reparatione laberet. Cuius prelationis excellentiam ꝓpheta his verbis annūciat: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Abieres nō adequauerūt sūmitatē illius. Omne lignū paradisi nō ē assimilatū illi: quoniā speciosiorem fecit eū deus. Distat conditio angeli a conditione hominis. homo enī ad dei similitudinem conditus est·archangelus ꝙo qui lapsus est·signaculū dei similitudinis appellat⁹ est·testante dño per Ezechielē: Tu signaculum similitudinis plenus sapiēria pfectus decore ī delitijs paradisi dei fuisti. Quanto enim subtilior ē eius natura·tanto plenius extitit ad similitudinē dīnę virtutē expressa. Prius de cęlo cecidisse diabolum q̄ homo conderet. Nam mox ut factus est in ſ̄ supbiam erupit. ⁊ precipitatus de cęlo est. Nam iurta veritatis testimoniū·ab initio mendax fuit ⁊ in veritate non steterit·quia statim ut factus est cecidit. Fuit quidē in veritate conditus·ſ̄ nō stando confestim a veritate est lapsus. Uno supbię lapsu dum deo pertumore se conferūt. ⁊ homo cecidit ⁊ diabol⁹. Ez homo reuersus ad pēnitentiā deo se inferiorē esse cognouit. Diabolus ꝙo nō solum in hoc contentus q̄ se deo ęqualem existimans cecidit·insuperetiā supiorem deo se dicit·ſm apli dictum: qui ait de antichristo. Qui aduersat⁹ ⁊ extollit⁹ supra oē quod dicit⁹ deus aut quod colitur. Diabolus ideo nō petit veniam·quia nō compungit⁹ ad pēnitentiam. Membra ꝙo eius sępe per hypocrisim deprecant·qō tamen ꝑ mala conscientia adipisci nō merent. Discat humana miseria q̄ ea causa citius puocet deus prestare veniam dum infirmo compatit⁹ homini·q: ipse homo traxit ex parte inferiore infirmitatem peccandi·hoc ē ex carne·qua inclusa anima detinet⁹. Apostatę ꝙo angeli ideo veniam nō habent·q: carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati sunt ut peccarent. Homines gūt post peccatū idcirco reuertunt⁹ ad veniam; ꝓpter q̄ ex lutea materia pondus traxerūt infirmitat⁹. Idcoq; ꝑ infirma carnis conditione reditus patet homini ad salutem·sicut ⁊ psalmus dicit: Ipse scit figmentū nostrum. Memēto domine q̄ terra sumus. Et iterum: memorare inquit quę mea substantia. Postq̄ apostatę angeli ceciderunt· ceteri perseuerantia eternę beatitudinis solidati sūt. Unde ⁊ post cęli creationem in principio reperit⁹ fiat firmamentum: Et vocatum est firmamentum cęlum. nimirū ostendēs q̄ post angelorum ruinam hi qui pmanserūt firmitatē meruerunt eternę pseuerantię ⁊ beatitudinis quā antea minus acceperant. Unde oportet agnosci q̄ malorum iniquitas sanctorū seruiat vtilitati. Quia vnde mali corruūt·inde boni ꝓficiunt. Bonorum angelorum numerus·qui post ruinam angelorum malorū est diminutus·ex numero electorū hominum supplebit⁹ qui numerus soli deo est cognitus.

Inter angelos distātia potestatū est. ⁊ ꝑ graduū dignitate ministeria eisdem sunt distributa·alijq; alijs preferunt⁹ tam culmine potestatis q̄ scientia virtutis. Subministrant igit⁹ alij alioq; pręceptis atq; obediunt iussis. Unde ⁊ ad ꝓphetam Çacchariam angelus angelum mittit. ⁊ quęcūq; annunciare debeat pręcipit. Noue esse distinctiones uel ordines angelorum sacre scripturę testātur·id est angeli·archangeli·throni·dominationes·virtutes·principatus·potestates·cherubin ⁊ seraphin. Horū ordinum numerū etiam Ezechiel prophęta describit sub totidem nominib⁹ lapidum cum de primatu apostatę angeli loqueret⁹: Omnis inquit lapis pretiosus operimentū tuum. Sardius ⁊ topazius ⁊ iaspis chrysolith⁹. ⁊ onyx ⁊ berillus·saphirus·carbunculus ⁊ smaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt angelorū quos apostata angelus ante lapsū quasi in vestimento ornamenti sui affixos habuit·ad quorum comparationem dum se clariorem cunctis aspexit confestim intumuit ⁊ cor suum ad supbiam eleuauit. Angeli semp in deo gaudēt nō in se. Malus ꝙo ideo est diabolus·quia nō quę dei·sed quę sua sunt requisiuit. Nulla autem maior iniquitas q̄ non in deo ſ̄ in se velle quēpiam gloriari. Angeli in verbo dei cognoscunt omnia anteqū in re fiant ⁊ quę apud homines adhuc futura sunt·angeli iā reuelante deo nouerūt. Prędaricatores angeli etiam sanctitate amissa·nō tamen amiserūt vivacem naturę angelicę sensum. Triplici enī modo scientię acumine vigent·id est subtilitate naturę·experientia temporum·reuelatione superiorum potestatū. Quotiens deus quocūq; flagello huic mūdo irascitur·ad ministeriū vindictę apostatę angeli mittunt⁹: qui tamen diuina potestate coercentur ne tantū noceant quantum cupiunt. Boni autem angeli ad ministerium saluris humanę deputati sunt·ut curas administrent mūdi ⁊ regant omnia iussu dei·testāte apostolo: Nōne omnes inquit sunt administratorij spiritus ī ministerium missi·propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Angeli corpora ī quibus hominibus apparent de superno aere sumunt: solidamq; speciem ex cęlesti elemento induūt ꝑ quam humanis obtutibus manifest⁹ demonstrent⁹. Singulę gentes prepositos angelos habere credunt⁹ quod ostenditur testimonio angeli danieli loquentis: Ego inquit veni ut nunciarem tibi ſ̄ princeps regni persa rū restitit mihi. ⁊ post alia. Nō ē q̄ me adiuuet nisi michael princeps noster. Itē omnes homines angelos habere probant⁹ loquente dño in euangelio. Amen dico vobis·quia angeli eorū semp vident faciē patris mei qui est in cęlis. Unde ⁊ petrus in actibus apostolorum cum pulsaret

ianuam·dixerũt intus apostoli: Nõ est petrus ꝟ angelus eius est. Si deũ angeli contuent᷑ & videt cur petrus aplus dicit: in quem desiderãt angeli dei cõspicere: Itẽ si cũ nõ contuent᷑ nec vident: quõ iuxta sententiã dñi·angeli eoꝝ semp videt faciem patris qui est in cęlis? Sz bene vtrũq; est. Nam veraciter credimus ꝙ deũ angeli & vident & videre desiderant. & habẽt & habere festinant. & amant & amare nitũt᷑. Si enĩ sic videre desiderãt ut effectu desiderij nõ pfruant᷑. desideriũ ꝺ necessitatẽ habet. necessitas ista pęnalis est. ꝟ beatis angelis omnis pena longe est·qz nunq̃ simul pena & beatitudo cõueniũt. Rursum si eos dicimus dei visione satiari·satietas fastidiũ habere solet. & scimus illos dei visionẽ quã & desiderant fastidire nõ posse: quid ergo est nisi ut miro modo simul vtrũq; credamus·qz & desiderant & satiant᷑? Sz desiderãt sine laboꝛe. & satiant᷑ sine fastidio. Ne enim sit ĩ desiderio necessitas·desiderantes satiant᷑. Et iterũ ne sit in satietate fastidiũ satiati desiderãt. Vident ergo angeli faciẽ patris ꝑ satietatem·sed quia satietas ista fastidiũ nescit· angeli desiderant in eo prospicere semp. Ubicũq; in scripturis sanctis ꝑ deo angelus ponit᷑·nõ pater·nõ spũs sanctus·ꝟ ꝑ incarnationis dispensatiõe solus filius intelligit᷑. Ante dominicę incarnationis aduentũ discoꝛdia inter angelos & homines fuit. Veniẽs aũt xp̃s pacem in se & angelis & hominib⁹ fecit. Eo quippe nato clamauerũt angeli. In terra pax hominib⁹ bonę volũtatis. Per incarnationẽ igit᷑ christi nõ solũ deo reconciliatus est homo·vez etiã pax inter homines & angelos reformata est. Discoꝛdia igit᷑ ante aduentũ xp̃i hominũ & angeloꝝ fuisse ꝑ id maxime agnoscit᷑. ꝙ salutati in veteri testamento ab hominib⁹ angeli·despiciũt se salutari ab eis. qõ in nouo testamento a iohanne factum nõ solum reuerenter angelus suscipit·vez etiam ne faciat interdicit. Ob hoc homo in veteri testamento despicit᷑ nec resalutatur ab angelo·eo ꝙ homo adhuc nõdum transisset in deum. Suscipitur autẽ homo a deo & reuerenter salutatur ab angelo. Nam & mariã angelus gabriel legitur salutasse. & iohanni angelum salutanti ab eodem angelo dicit᷑. Uide ne feceris·conseruus enim tuus sum & fratrũ tuoꝝ. Per quod agnoscit᷑ ꝑ incarnationem dominicam pacem hominibus fuisse & angelis redditam.

De homine Cap̃.xiii.

Omnia sub cęlo ꝓpter hominẽ facta sunt homo aũt ꝓpter seipsum. Inde & omnia ꝑ figuram ad eius similitudinẽ referunt᷑. Cõmunia homini omnia naturalia esse cũ omnibus rebus quę constant. & ĩ hoĩe oĩa cõtineri·atq; in eo omniũ rerũ naturã consistere. Uniuersitatis creaturę homo magna quędã portio est·tanto; gradu est cęteris excellẽtioꝛ quanto imagini diuinę vicinioꝛ. Quãtũ cęteris creaturis pręstet homo dignitate virtutis·ex ipsa reuerentia discit᷑ creationis·dum ꝑ omnia dixit deus: fiat. & facta sunt. Creare ꝺo hominem quadam ęterni consilij deliberatione voluit·dicens: Faciamus hominem ad imagnem & similitudinem nostrã. Qua enim boni sumus naturaliter conditi·culpę quodãmodo merito cõtra naturã mali sumus effecti. Sicut pręsciuit dẽ hominẽ peccaturũ·ita & pręsciuit qualiter illum ꝑ suam gratiã repararet·qui suo arbitrio deperire potuisset. Originaliť adam & eua simul creati sunt·specialiter ꝺo postea mulier de latere viri formata est. Pariter ergo conditi sunt vtriq; rationis ordine·nõ pariter temporis vnitate. Uir ad imaginem dei fact⁹ ẽ·mulier ad imaginem viri formata est. vnde & illi lege nature subiecta est. Item vir ꝓpter semetipsum factus est·mulier ad adiutoꝛium viri creata est. Homo propter peccatum tunc traditus ẽ diabolo·quando audiuit: terra es & ĩ terram ibis. Tũc enim dictũ est diabolo: terrã manducabis. Unde & prophęta ait serpenti: puluis panis eius. Serpens enim diabolus est·puluis impij. & ipsi sunt cibus diaboli. Quia praua volũtate ad ima collabimur· recte ad bene agendum cum laboꝛe consurgimus. qõ nõ ita esset si delectatio flagitiũ primoꝝ hominũ nõ persuasisset·quibus ad bene viuendum tantũ velle sufficeret & sine difficultate statim actio obtemperaret. Diuisio & pugna ut sit in hoĩs animo pęna pcti ẽ ex primo homine in omnes eius filios propagata·ut qui voluit cum deo esse vnitus·esset in seipso diuisus. & q̃ imperãti domino noluit esse subiect᷑·fierer sibimet ipsi rebellis atq; contrarius. Unde nec sibi poterit subiugari si prius deo non fuerit subiugatus. sibiq; seruiet nolens q̃ deo noluit volens. Ex varie ꝑ diuersa humanũ defluxit᷑genus·dum se ab vna stabili sempq; manente diuinitatis soliditate subtraxit. Nã dũ opus qõ libet appetit·quasi ibi iam requiem mentis infigit. Sz dum ei non sufficit·mutata intentiõe ad alias atq; alias actiones transit·dumq; ꝑ diuersa requiẽ solidã quęrit nec inuenit·in laboꝛe miser & varietate viuit & vacu⁹ a requie manet. Quis eadẽ mutabilitas nõ sit homini concreata·ꝟ ꝑ merito primę pręuaricationis illi accesserit·iam tamen naturalis facta est·qz originaliter a primo homine sicut & moꝛs in omnes homines transijt.

De anima cęterisq; sensibus Cap̃.xiiii.

Ita coꝛporis aĩa·vita animę deus ẽ. Et sicut coꝛpus moꝛtuum est sine anima·ita anima moꝛtua est sine deo. Anima hominis nõ est homo·ꝟ coꝛpus qõ ex humo factum est·id tm̃ homo est. Inhabitando autem in coꝛpoꝛe anima·ex ipsa participatione carnis hominis nomẽ accepit·sicut apostolus interiorem hominem dicit animam·non carnem conditam esse ad dei imaginem. Male ergo a quibusdã creditur animã hoĩs esse coꝛpoꝛeã·quę ꝑ id ad dei imaginẽ facta est ut si nõ incõmutabilis ut deꝰ esset·tm̃

incorporea ut de⁹ exisſteret. Sicut angeli ita ⁊ anime. Habent enim initium finem ꝙ nullū. Nā quędam in rebus temporalia sūt quędam ꝑpetua quędam ꝙ sempiterna. Temporalia sunt quib⁹ ineſt ortus ⁊ obitus. Perpetua quibus ortus non terminus. Sempiterna quib⁹ nec ortus nec terminus. Animam nō esse partem diuinę substantię uel naturę nec esse eam prius ꝙ corpori misceat sed tunc eam creari quando ⁊ corpus creatur cui admisci videtur. Philosophor⁹ sentētię dicūt esse animā prius ꝙ nascatur in corpore. Qō verū esse nullis approbatur indicijs. Nā vtrū antea fuisſemus nec ipsi nouim⁹ nec quis hominū dicat habemus. Nō est ergo quęrendū qō querendo magis est irridendum. Gentiles ⁊ hereretici de anima disputare conantur sed quomodo de illa aliquid recte sentire possūt: qui auctorem ad cuius imaginem facta est nō nouerunt? Et ideo multa erroꝛe digna dixerunt. Mutabilis est anima nō localiter sed temporaliter suis affectionib⁹. Corpus autē ⁊ loco ⁊ tempore mutabile quia ⁊ tempore mutatur ⁊ loco variatur. Qō est ad corpus mutatio locorum hoc est ad animā mutabilitas cogitationum. Quę varietas malę mortionis tūc mentri inhęsit quando ab ęternorum contemplatione primus homo recedens in illo stare noluit a quo male recessit. Et iusta damnatione inconstans per rerum raptus varietatem defluxit. Multū ex sua natura splendorem possider anima. ꝫ fuscat cōmixtiōe carnis qua retinet inclusa. Ex cius enim parte vertitur ad peccandi infirmitate salomone dicente: Corpus qō corrum pit aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.

De sensibus carnis Cap. xv.

n On virtute non sensu corporis sed ratiōe mentis excellim⁹ animalib⁹ ęteris.

Pro rebus corporeis vtēdis sufficit sensus carnis nō pro spiritalibus capiendis. Illecti autem homines vsu corporearū rerum nihil putant aliud esse pręter qō carnis sensu concipiunt. Sicut pręcellunt sibi corporei sensus diuersitate locorū ita sibimet ⁊ virtute sentiendi pręcellunt. Nam prestantior est odoratus sapore ⁊ positiōe loci ⁊ sentiēdi longinquitate sic auris odoratu. longius enim audimus ꝙ odoramus. ⁊ sic oculi auribus longius eni videmus ꝙ audimus. Animus autem ⁊ loco ⁊ merito his vniuersis sensib⁹ superfertur. In arce enim capitis constitutus qō illi corporaliter nō attingunt iste intellectualiter contueť. Amplius excellit oculorum sensus ęteris sensibus quando quidem quę ad alios pertinent sensus inde dicam⁹ veluti cū dicimus: vide quomodo sonat vide quomodo sapit sic ⁊ ęterā. Quēadmodum oculus ita ⁊ animus ęterā videt sese nō intueť. Aliarū enim rerum origines. species ⁊ magnitudines perspicit. de se autem tanta veri ignorantia inficitur. ut in his omnib⁹ nihil certius contempletur. Homo qui miraris siderū altitudinem ⁊ maris ꝓfunditatē animi tui abyssum intra ⁊ mirare si potes. Multa cogitantes sine sensu carnis ⁊ sine imaginibus viuis animo tm̄ cernentes intuemur memoriaqz mentis ibi eas fingente tenemus. Multa quoqz intelligimus sensu quę lingua explere nō possum⁹. Innoxios esse infantes opere nō esse innoxios cogitatione quia motum quē gerunt mente nōdum possūt explere opere ac ꝑ hoc in illis ętas est imbecillis nō animus. Ad nutum enim voluntatis nōdum obtemperat illis fragilitas corporis nec adeo opere nocere possunt sicut cogitatione moueantur. Ex causa vocabulum sortita ē cogitatio. Cogendo enim animū reminisci qō memorię cōmendatū est dicitur cogitatio. Rerū omniū thesaurus memoria est. Ipsa est eni custos rebus inuentis. ipsa cogitatis. de qua ad liqđū difficile ē aliquē disputare quia grandis eius ꝓpletitas est ⁊ animus ipse est. Imago a sensibus corporis remota suę specici similitudinem relinquit in memoria. similitudinem autem non ꝑ imagines sicut ęterā ꝫ sicut gaudiū sine imagine reminiscimur. Dum obliuionē memoramus non ꝑ seipsam adest. Qz si ꝑ seipsā adesset vtiqz nō obliuisceremr̄ Cōmunem hominis animaliūqz esse memoriam nullū autē animalib⁹ irrationabilibus intellectū ineſſe nisi homini tm̄ prędito ratione. Ęteris enim in ipsa qualitate considerationis suę sensus carnis nō intelligentia mentis est.

De christo filio dei Cap. xvi.

f Jlij dei pfecta natiuitas nec cepit esse nec desijt ne preterita sit si desijt ⁊ ne imꝑfecta sit si adhuc fit ꝫ sic ęterna sit ⁊ pfecta quatenus in ea natiuitate ęternitatas ⁊ pfectio habeat. Ex vtero virginis minor dicit patre christus videlicz iurta humanā assumptionē nō iurta diuinitatem. Christus ⁊ in forma serui seruus. ⁊ in forma serui nō seruus. In forma quippe serui dñi seruus. ⁊ in forma serui hominū dñs. Christus i forma serui ꝓpter conceptionis excellentiā dñs est hominū. qz ⁊ si suscepit carnem nō tamen ex carnis libidinosa contagione. Mediator dei atqz hominū homo ꝙps ihs nequaqz alter in humanitate alter in deitate est ꝫ in vtraqz natura idem vnus est. Nec purus homo conceptus est nec purus homo editus est. nec postea meritū ut deus esset accepit ꝫ deus verbū manente incōmutabili essentia quę illi cū patre ⁊ spū sancto est coęterna assumpsit carnē ꝑ salute humana i qua ⁊ impassibilis pati ⁊ imortalis mori ⁊ ętern⁹ ante sęcula tpalis posset ostendi. Mediator dei ⁊ hominū homo ꝙps ihs ꝙuis aliud sit ex patre aliud ex virgine. nō tm̄ alius ex patre ali⁹ ex virgine ꝫ ipse ętern⁹ ex patre ipse tpalis ex matre ipse qui fecit ipse q factus est ipse de patre sine matre ipse de matre sine patre ipse conditoris templum ipse cōditor templi ipse auctor opis ipse op⁹ auctoris

manēs vnus de vtroq; ⁊ i vtraq; natura nec naturaꝝ copulatione confusus nec naturaꝝ distinctione geminat⁹. Ideo deus i hoie venit qz p se ipsū ab hominibus cognosci nō potuit. Sz vnde nobis cōsuluit inde despectionē tulit qz infirmitatē quā p nobis suscepit homo supb⁹ desperit. Ob hoc infirma ⁊ stulta mūdi elegit ut fortiora ⁊ sapientiora p quę nō cognoscebaꝝ confunderet. Sicut cibū fortē inualidus infans capere nō potest nisi a matre prius editus i lactis sucū vertatur. ut quod in cibo nō potuit vti suggēdo poteꝝ in lacte p carnē ita ⁊ nos dū essemus infirmi ad ꝓspiciendā verbi ęternitatē factū ē ipsū ⁘bū caro ut enutriti p carnē fortioresq; effecti cibū solidū id est verbū dñi cū patre sempiternū cōemplando ut angeli satiemur. Prima dei dona esse quib⁹ nos nobis reos esse ostēdit q dū iacerem⁹ sub reatu culpę iustos nos esse credebam⁹. Venit medic⁹ parefcit vulni⁹ cōposuit semetipsū ⁊ de sua morte nobis medicinā aptauit ut non esset ostenso: tm vulnerꝫ ħ ⁊ sanato. Primū ad isrl venit xps sic ⁊ ipse ait: nō sum missus nisi ad oues quę perierūt domus isrl. Ad populū isrl prius venit ħ q non essent credituri ꝓpheta nō tacuit dicēs: Prim⁹ ad syon dicet assum. ⁊ ihm euāgelistā dabo. ⁊ vidi ⁊ nō erat. neq; extitit quisq; q̄ iniret consiliū ⁊ interrogatus responderet verbū. Sz q: ad gentes trāsiuit sequit. Ecce seru⁹ meus suscipiā eū electꝰ meus complacuit sibi i illo aīa mea dedi spiritū meū sup eū iudiciū gentib⁹ ꝓferet. Quis ordinē nostrę liberationis nescierit diabolus sciuit tm q̄ p saluatione hoiuꝫ xps aduenit ħ q̄ sua idē nos morte redimeret ignorauit vñ eū occidit. Nā si ille xp̄m p morte redimere hūanū gen⁹ scisset nō eū vtiq; pemisset. Q: nouerit diabol⁹ p salute hūani generis xp̄m venisse euangelij testimonio docet. quē ut vidit cognoscēdo primuit dicens: q̄d nobis ⁊ tibi fili dei? Veniſti ante temp⁹ pdere nos. Xps sicut peccatū qđ pena dignū est nō admisit ita pnā peccati nostri suscepit ut p indebitā pnā suā debitā abluer et culpā nostrā ut p b̄ amitteret diabolus q̄s reos tenebat dū vnū interfecit q nihil peccati admiserat. Ideoq; quos quasi iuste tenuit amisit q: iuste redemptorē nostrum occidit. Illusus est diabolus morte dñi q̄si auis. Nā ostensa xps suę carnis mortalitate quā interūendā ille apperebat abscondit diuinitatē ut laqueū quo eū velut auē improuidā prudēti irretiret decipula. Nā si innoxi⁹ xps nō occideret homo diabolo addict⁹ p pręuaricationē nō absolueret. Diabolus dū i xpo carnē humanitatis impetrit quę parebat quasi hamo diuinitatis ei⁹ captus est q latebat. Est enī in xpo ham⁹ diuinitas esca ar caro linea genealogia quę ex euāgelio recitat. Tenēs vo hanc lineam deus pater ē de quo dicit apls: Caput xp̄i deus. Et lucas lineā generationis xp̄i ab imis ad sūma contexēs incboat a ioseph ⁊ consūmat in deū dū dicit q̄ fuit beli. ⁊ pficiens lineā generis dicit: q̄ fuit dei. Idcirco dñs i infernū descēdit ut his qui ab eo nō pnalit⁹ detinebant viā aperiret reuertendi ad cęlos. Fm testimoniū Esaię ꝓphetę dicētis: Posuisti ꝓfundū maris viā ut transiret liberati. Viam quippe xps in ꝓfundū maris posuit q̄n in infernū descendēs sanctis iter ad cęlos reuertēdi monstrauit. Sancti ex tempore resurrectionis xp̄i statim ut de corpore exeūt mox ad cęlestē habitationē ascēdunt. qđ antiq; patrib⁹ nō dabaꝝ. Nā añ aduentū saluatoris q̄q̄ sine pena supplicij tñ non in cęlo ħ i inferno sanctoꝝ animę tenebant. pro quibus absoluendis dñs in infernū descendit. Christus in cęlū ascendens discessit quidē carne ħ ꝓsens est maiestate fm illud qđ ipse ait: Ecce ego vobiscū sū vsq; ad cōsūmationē sęculi. Sedet xps ad dexterā patris non ut dexterā corpoream habeat pater ħ dextera patris beatitudo ē sicut sinistra miseria.

De spiritu sancto Cap. xvii.

Spiritus sanctus creator est sicut pater ⁊ verbum testante ꝓpheta: Spūs dñi fecit me. ⁊ spiraculū omnipotētis vinificauit me. Spūs sanct⁹ patris ⁊ filij est. ⁊ inde vnū sunt pater ⁊ fili⁹ q: nihil habet pater qđ nō habet filius. Nō enī res vna ⁊ duoꝝ consubstantialis poterit simul ab eis ꝓcedere. ⁊ simul inesse nisi vnū fuerit a quib⁹ ꝓcedit. Spūs sancti pignus accepit ecclesia ut p eū in vno corpe vnū fierent credētes: per quē pater ⁊ fili⁹ vnū essentialiter sint ipso saluatore ad patrē dicente: Ut sint vnū sicut ⁊ nos vnū sumus. Xps nō tm a patre ħ etiā a spū sancto se missū testat dicēte ꝓpheta: Accedite ad me ⁊ audite: Nō a principio in abscondito locutus sum vobis ex tpe anteq; fieret ibi eram. ⁊ nūc dominus misit me ⁊ spūs eius. Spūs sanct⁹ p eo q cōsolator sit paraclitus nūcupat. Nā latine paraclisis cōsolatio dicit. Et reuera dū dona sacramentoꝝ distribuit. consolationem animę ꝓbet. Credo equidē q̄ magnā lętitiam sentit qui aliq̄d reuelante spū dicit. Donū sancti spūs in membris ecclesię figillatim diuidit. ⁊ in singulis singula dona tribuunt. Xps aūt omnē plenitudinē gratiaꝝ habuit de quo ita legit: Plen⁹ grā ⁊ veritate. In xpo ergo ois plenitudo gratiaꝝ est nā singulis electis singula dona tribuunt. In spū sancto ois gratia donoꝝ cōsistit. Ipse enī put vult gratiarū dona largit alijs dans sermonē sapientię alijs scientię alijs fidem atq; ita vnicuiq; virtute spūs sci diuisio gratiaꝝ tribuit. ⁊ i oibus idē vn⁹ habet. Ipse enim etiā ineffabilia docet quę ꝓferre humanus sermo nō potest. Ante aduentū dñi tm ꝓphetę ⁊ pauci ex omni ꝓpo iusti donū sancti spūs merebant. post aduentū aūt dñi spūs sanct⁹ cunctis ē credentib⁹ distribut⁹. iuxta qđ p ꝓphetā dñs loquit dicens: Et erit in nouissimis diebus effundā de spū meo sup omnē carnē: ⁊ ꝓphetabūt filij vestri ⁊ filię vestrę. Cūctis enī nūc gentibus

gratia sancti spūs tradita ē. neqz in paucis aut ī ꝓpho isrl. ꝟ ī omni credētiū multitudine spūs sancti grā manet. Aliqñ nō dignis ⁊ reprobis dona sancti spūs conferunt. sicut saulo data ē ꝓphetia ⁊ balaā. Uñ ⁊ multi in fine dicturi sūt: dñe virtutes ī tuo noie fecim⁹. quibus dicturus ē dom⁹: Nescio vos vnde estis. Xpi aduentū nō tm̄ plebis iudeę sancti ꝓphetantes expectauerūt. ꝟ fuisse etiā in nationib⁹ plerosqz sanctos viros ꝓphetię donū habēres quib⁹ ꝑ spm̄ sanctū xps reuelabat ⁊ a quib⁹ ei⁹ expectabat aduent⁹. sicut iob. sic̄ balaā q̄ xpi vtiqz prędicauerūt aduentū. Cōuersio gentiū veteri ꝓpho latebat. ꝟ tm̄ in consilio dei erat ut fieret. ⁊ iā tūc a sanctis ꝓphetis occulte ꝑ spm̄ sanctū prędicabat aduentus xpi. sicut dicit ꝓpheta: Cū approprinquauerint anni cognosceris. dū aduenerit temp⁹ ostenderis. Nūc ꝟo reuelatū patet qđ tūc carnalibus latebat. spiritualib⁹ ꝟo notum erat. nondum tm̄ manifeste dicebat. eo q̄ tempus ostensionis nō esset.

De lege Cap̄. xviii.

Ja p quā itur ad xp̄m lex est p quam vadunt iusti ad deū. ⁊ ut est intelligūt eam.

Sanctaꝝ scripturaꝝ altitudo q̄si montes pascuę sūt. ad quos dū quisqz iustorū conscendit. se pascuę indeficientis refectionē inuenisse cōgaudet. In scripturis sanctis q̄si i montib⁹ excelsis. ⁊ viri pfecti habēt sublimia intelligētię. qui bus gressus contemplationis q̄si cerui erigant. ⁊ simplices q̄si pua aialia iueniūt modicos intellectus. ad quos humiles ipsi refugiant. Scriptura sacra infirmis ⁊ sensu paruulis. ꝑm historiā bumilis videt in verbis. cū excellentioꝝ aūt viris altius incedit. dū eis sua mysteria pādit. ac p hoc vtrisqz manet cōmunis ⁊ puulis ⁊ pfectis. Scriptura sacra p vniuscuiusqz lectoris intelligentia variatur. sicut manna quę ꝓpho veteri ꝑ singuloꝝ delectatiōe variū dabat sapore. Juxta sensuū capacitatē singulis ꝑmo dominic⁹ cōgruit. Et singulis dū sit ꝑ vniuscuiusqz intellectu diuersus. in se tm̄ pmanet vn⁹. Jdeo i libris scis quędā obscura. quędā apta reperiunt. ut intellect⁹ lectoris ⁊ studiū augeat. Nam si cūcta paterēt. statim intellecta vilescerēt. Rursus si cūcta clausa existerēt. cōfestim diffidentiā gignerēt. Ne ergo de obscuris desperatio fiat. ea quę manifesta sunt sciant. ⁊ ne de intellectis fastidiū existat. ea quę clausa sūt desiderii excitant. Nā plerąqz quanto magis latēt tanto magis desiderii prębēt. Jn scripturis sanctis sępe ea quę futura sūt quasi facta narrantur. sicut est illud: Dederūt in escam meā fel. ⁊ potauerūt me aceto. Qz cur futura quasi pterita scribunt. nisi q: quę adhuc faciēda sūt in opere. iā facta sūt in diuina prędestinatiōe. Nobis igit̄ temporaliter accidūt. quę a conditore omniū sine tempore pundent. Propterea ꝓpheta rerū futuraꝝ gesta preterita presentib⁹ miscet rebus. ut ita credantur illa futura. quēadmodū ista cernunt esse completa. Moze eni suo ꝑ presentia de futuris loquit sicut in psona irlm de ecclesia. ⁊ sicut in psona efraim de hereticis. Pro sacris diuinis plerūqz ⁊ dicta ponunt. idcirco q: nō opatione manuū de⁹ ꝟ dicendi imperio opat. sicut scriptū ē: Dixit ⁊ facta sūt. mandauit ⁊ creata sunt. Qz in scripturis sacris vna bis repetit sententia. aut cōfirmationis causa est. aut mysteri. sicut lex ⁊ gratia. sicut initiū ⁊ pfectio. sicut bonū ⁊ melius. Lex diuina in tribus distinguit partib⁹. id est in historia. in preceptis. ⁊ i ꝓphetis. Historia ē in his quę gesta sūt. precepta i his quę iussa sūt. ꝓphetia i his quę futura ꝑnūciata sūt. Lex diuina triplici sentiēda est modo. Primo ut historice. secūdo ut tropologice. tertio ut mystice intelligat. Historice nanqz iuxta litterā. tropologice iuxta moralem sententiam. mystice iuxta spiritalē intelligentiā. Ergo sic historice oportet fidē tenere. ut eam ⁊ moralit̄ debeamus interpretari ⁊ spiritaliter intelligere. Tria ⁊ septem. decē precepta sūt. ꝟ tria ad amorem dei ptinent. septē ad hoies. Jlla tria quę ad amorē dei ptinent. in vna tabula scripta fuerunt. reliq̄ septē i secūda. Jn ꝑma tabula triū mādatoꝝ hoc primū ē: Diliges dñm deum tuū. Jn secūda: Honora patrē tuū ⁊ matrē. Hinc ē qđ ⁊ saluator scribe interroganti qđ preceptū est primū in lege ait: Audi isrl. dominus deus tuus deus vnus est hoc primū est. Secundū ꝟo simile est huic: Diliges ꝓximū tuū sic̄ teipsū. Unū nāqz preceptū de ꝑma tabula dixit qđ ad dei ptinet amorē. alterū ꝟo de alia tabula. qđ ad hois ptinet dilectionē.

De ecclesia ⁊ heresibus Cap̄. xix.

Emina est ecclesię pulchritudo. vna quā hic bene viuendo consequitur. altera per quā illic ex retributiōe glorificabit. Ecclesię ꝓpter xp̄m geminę tribulationes existūt. id est siue quas a paganis ptulit ī martyribus. siue quas ab hereticis pfert in diuersis cōcertationibus. Utraqz aūt ꝑ gratiā dei erupat. partim ferendo. partim resistendo. Sancta ecclesia catholica. sicut male viuentes in se patienter tolerat. ita male credentes a se repellit. Sancta ecclesia contra gentiliū atqz hereticoꝝ pertinaciā sumope sapientiā ⁊ patientiā opponere studet. ꝟ exercet⁹ eius sapiētia cū tentat verbis. exercet⁹ patiētia cū tentat gladijs. Nūc eni psecutionib⁹ appetit. nūc falsis assertionib⁹ lacessit. Causa prauitatis hereticę doctrinis ē ꝓpagata ecclesia. nā antea simplicit̄ tm̄ fide vigebat. Hereticoꝝ igit̄ occasiōe ꝓpagati sūt doctores i fide. ⁊ pacumina berestī ecclesię magistri creuerūt. Nā tūc clari⁹ manifestat veritatis assertio qñ patuerit quęlibet dissensio. Sācta ecclesia ideo dicit catholica. ꝑ eo q̄ vniuersaliter ꝑ omnē sit mundū diffusa. Nam hereticoꝝ ecclesię in partib⁹ mūdi coartant. hęc ꝟo i toto orbe diffusa expandit. paulo atrestāte apło: Gratias inquit ago deo meo. ꝑ omnib⁹ vobis q: fides vestra annūciat in vniuerso mūdo. Hereses aūt in aliq̄

angulo mũdi aut in vna ꝓuintia inueniunt̃ versari. Ecclesia ꝙo catholica sicut ꝙ totum mundũ extendit̃ ita ꝛ omniũ gentiliũ societate construit̃. Qui sunt heretici nisi qui relicta dei ecclesia ꝓpriaras elegerunt societates? De quibus dominus dicit: Duo mala fecit populus meus me dereliquerunt fontem aquę viuę ꝛ foderũt sibi cisternas dissipatas quę continere non valent aquas. Causa hereſis ob quã rem fit? Ad exercitationẽ fidei. Vis ꝙo ꝙ quam sit obscuritas est diuinaꝝ scripturarũ in qua caligantes heretici aliud q̃ res habeat intelligũt nec esse possunt qz idipsum qđ existunt hereses iã nõ sunt. Male enĩ sentiendo esse iã desierũt ad nihilũ enĩ tendũt. Heretici ingenti studio mendacia sua discũt ꝛ labore vehementi ne in vnitatẽ ecclesię veniant decertant de quib⁹ ꝙ ꝓphetam congrue dicit: Docuerũt linguã suã loqui mendaciũ ꝛ ut inique agerẽt laborauerũt. Dum vicissim heretici mutuo se lacerant q̃n alterutrũ sei ꝓprias sectas inducũt sic tñ in inuicẽ sese colligũt ut cõtra ecclesiã pari errorũ spiritu decertẽt. Et qui ab inuicẽ sũt diuisi in aduersitate ecclesię simul existunt vniti; eisqz q̃ ꝙ eo q tm̃ valeant hereses vident̃ habere veritatẽ: hoc respondendũ est. Nõ ideo saluti ꝓponendi sũt morbi quia plerũqz ita generalit̃ mundũ occupãt ut paruũ saluti locum relinquant.

De hereticis Cap̃.xx.

n On posse hereticos habere veniã nisi ꝙ ecclesiã catholicã sicut ꝛ amici iob non ꝙ se placare deũ potuerũt nisi ꝙ eis iob sacrificiũ obtulisset. Opera bona quę heretici faciũt ꝛ iusticia eoꝝ nihil eis ꝓdest restante dño ꝙ hieremiã: Quia mei oblit⁹ es ecce ego annũcio iusticiã tuã ꝛ opa tua nõ ꝓderũt tibi. Heretici q̃uis legẽ ꝛ ꝓpheras adimpleant ex eo tñ q catholici nõ sunt non est deus in eoꝝ cõuentibus ipso domino testante: Si steterint moyses ꝛ samuel coram me non est anima mea ad populũ istũ. Eĳce eos a facie mea ꝛ egrediantur. Per moysen quippe ꝛ samuel legẽ accipe ꝛ ꝓpheras quos q̃uis heretici ope implere contendant ꝓpter errorẽ tamen impietatẽ a vultu dei ꝓsciunt̃ ꝛ a iustorũ conuentib⁹ sepant̃ paganus ꝛ hereticus ille quia nũq̃ fuit cũ dei populo iste qz recessit a dei populo vterqz recedẽtes a xp̃o ad diaboli ꝓnent corpus. Qui ab idolatria ad iudaismũ uel heresim transeũt iurta ꝓphetã de malo ad malũ egressi sũt ꝛ dñm nõ cognouerũt qz de ifidelitatis errore i errorẽ aliũ transierũt. Cui⁹ doctrinã quisqz sequit̃ huius ꝛ filius nuncupat̃ sicut ꝛ ꝙ ꝓphetã amorreũ patrẽ ꝛ cetheã matrẽ esse isrl̃ dom̃in⁹ dicit. nõ vtiqz nascẽdo ꝟ imitãdo. Sic ꝛ in meliorẽ partẽ filĳ dei nuncupant̃ q̃ ꝓcepta dei custodiunt. Unde ꝛ nos nõ natura ꝟ optione clamamus deo dicẽtes: Pater noster qui es i cęlis. Nõ solũ tm̃ natiuitate ꝟ etiam imitatione filios posse alicui⁹ vocari. Nam iudęi ſm carnẽ filĳ abrahę. ſm ꝙo cõuersationẽ filĳ diaboli nuncupant̃ ac ꝙ boc illi sũt semen abrahę qui eius imitant̃ fidem. nõ qui ex eius generati sunt carne. De errore auctoris trahitur a quibusdam ꝛ nomen ꝛ culpa ut ipsius vocabulo censeat̃ cuius errorẽ ꝛ sequitur. sicut ecclesię pergami in apocalypsi dicitur: Habes tenentes doctrinã balaam ꝛ ieçabel. Doctrinam igitur balaam dicitur habere ꝓpter imitationem non ꝓpter ꝓsentiam corporalem.

De gentilibus philosophis Cap̃.xxi.

p Philosophi gentiũ nõ sicut oportet deum quęrentes in angelos inciderũt ꝓuaricatores: factusqz est illis mediator diabolus ad mortem sicut nobis xp̃s ad vitã. Multum mũdi philosophi ꝓdicant̃ i dimẽsione temporum cursuqz siderũ ac discussione elementoꝝ ꝛ tamen boc nõ nisi a deo habuerũt. Volando enĩ superbe ut aues aerẽ ꝛ emergentes in ꝓfundũ ut pisces mare ꝛ ut pecora gradientes terrã deseruiſſe ꝓserunt verũtamen tota mente auctorem eoꝝ intelligere noluerũt. Quare nõ possũt aialia bruta interrogare? Quia nesciunt ratiocinari. Ideo nõ dissimiles gẽtiles hoies animalibus exriterũt q̃ talia nõ considerantes ꝛ ipsa ampli⁹ diligentes vsqz ad eorum cultum euanuerũt. Via christus ẽ. Si qs i ea nõ gradit̃ nõ est quomodo veniat ad deum. Philosophi autem mundi vtiqz deum cognouerunt sed quia displicuit illis humilitas xp̃i in inuio transierunt ꝛ nõ in via. Ideoqz euanescentes gloriam dei in mendaciũ murauerũt ꝛ rectitudinem vię relinquẽtes i anfractus inciderũt errorũ. Primum vnicuiqz est scire quid aꝑetat secundum ꝙo est ut id quod aꝑerit aꝑehendat. Imperfecta quippe sapientia est quo tendas scire ꝛ nescire iter ꝙ quod expediat ire. Quid enĩ ꝓdest si quis famis tempore vbertatis regionẽ videat ꝛ viam ꝙ quã ad illam pergat ignorat? Ecce patriã quisqz quęrit ꝟ viam perdidit errando gradit̃ nõ ꝓficiendo: quantoqz plus ambulat tanto magis ab eo quod quęrit elongat̃. Qui viam regiam boc est christum deserit ꝛ si videat veritatem a longe videt quia nisi ꝙ viam nõ est quomodo ad eam ꝓpinquet. Qz si gradiens ꝙ desertũ leonem incurrerit semetipsum redarguat dum in diaboli faucibus hęserit.

De differentia testamentoꝝ Cap̃.xxii.

q Uidam ideo non recipiunt vetus testamentum ꝙ eo q aliud in tempore ꝓisco aliud agatur in nouo: Nõ intelligentes q̃ deus quid cuiqz congruerit tempori incognita quadam distributione conceſſerit sicut in lege imperat nuptias in euangelio virginitatem cõmendat. in lege oculũ ꝓo oculo auferre in euangelio alteram ꝓbere percutienti maxillam. Sz illa ꝓo tẽpore fragili populo ista vero perfecto vtraqz tamen ꝓo tempore sua quęqz conuenientia comodans. Et tamen ꝓo ista mutatione non

est credendus deus mutabilis · sed potius inde admirabilis prędicandus est · quia manens incō mutabulis quid cuiqz ut dirimus tempori com modū fuit · magna cū distributione cōcessit. Sub vereri testamento minoris culpę erāt pctā · quia i eo non ipsa veritas · sed vmbra veritatis aderat. Nam in testamento nouo pręceptis altioris veritate manifesta facta quędam quę in illo populo vmbre veritatis deseruierāt · deserēda nobis prę cipiunt. Illic enim fornicatio ꝛ rerributio iniurię pmissa sūt · nec nocebant. In testamēto aūt nouo graui animaduersione damnant si admittant.

De symbolo ꝛ oratione Cap.xxiii.

Idei symbolum ꝛ dominica oratio ꝓ to
f ta lege paruulis ecclesię ad cęlorū regna sufficit capessenda. Dis enī latitudo scri pturarū in eadē oratiōe dñica ꝛ symboli breuita te cōcludit. Unde ꝛ ꝓpheta esaias dicit : Abbre uiationem audiui a dño deo exercituū super vni uersam terram. Attēdite ꝛ audite eloquiū meum Sz hęc abbreuiatio · aut illud intelligit qđ dñs dicit omnē legem ꝛ ꝓphetas in duobus pręceptis dilectiōis dei ꝛ ꝓximi pendere · aut ꝓpter ipsā ora tionem dñicam uel symboli breuitatē in quibus ut prędictū ē omnē scripturarū coartari cernim latitudinem.

De baptismo ꝛ cōmunione Cap.xxiiii.

Olam ecclesiā catholicā habere baptis
f mum ad salutem Çacharias ꝓpheta te statur. In die inquit illa erit fons patēs domus dauid ꝛ habitantibus i hierusalem i ab lutionē peccatoris ꝛ menstruatę. Domus quippe dauid ꝛ hierusalem xpi ecclesia est · in qua manat fons in ablutionem peccatorū. Hereticī autem id solum imaginaria ostentatiōe faciūt. ideoqz illis baptismus non ad remissionem peccatoꝝ · sed ad supplicij testimoniū dat. Pro solo reatu originā li luūt i inferno nuper nati infantuli pęnas si re nouati p lauacrū non fuerint. Proinde qua causa nup natus damnatur infans si nō regenerat · quia originis noxietate perimitur. Cur paruuli peccato originali carentes p baptismū ꝛ nec dum ꝓximum habentes delictū a bestijs pęnisqz ęteris laniant · Hęc igit causa ē. Baptismū enī a pęna ęterna nō a ꝓsentis vitę supplicio liberat. Qz si a pęna ꝓsenti hoies liberarent p baptismū ipsū putarēt baptismi pęmiū · nō illud ęternū. Ergo soluto reatu pcti manet tñ quędā rēporalis pęna · ur illa vita feruentr requirat quę erit a pęnis oīb aliena. Nullus negat fideliū etiā post baptismū quo peccata delentur · quotidie ęꝑ diu in isto sęcu lo sumus ad deum nos debere cōuerti. Qđ ęquis sine intermissiōe sit quotidie agendū · nōnūqz ta men fecisse sufficier. Qui in maternis vteris sūt · ideo cū matre baptiçari nō possunt · quia qui na tus adhuc ꝼm adam nō est · renasci ꝼm xpm non pōt. Neqz enī dici regenerario in eo poterit · quē generatio nō pręcessit. Qui intra ecclesiā non ex dignitate ecclesię viuūt · sed fidē quā verbo tenent opib destruūt · de ipsis legitur : Multiplicati sūt sup numerū · ut subaudias i regno prędestinatoꝝ. Qui scelerate viuūt in ecclesia ꝛ cōmunicare non desinunt · putantes se tali cōmunione mundari · discant nihil ad emūdationē sibi ꝓficere · dicente ꝓpheta : Quid ē qꝫ dilectus meꝰ i domo mea fecit scelera multa ? Nūqd carnes sanctę auferēt a te malicias tuas ? Et aplus : Probet inquit seipsū homo · ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat.

De septem regulis Cap.xxv

Eptē esse inter ęterna regulas locutionū
f sanctaꝝ scripturaꝝ quidā sapientes di xerūt. Prima regula est de domino ꝛ eī corpore quę de vno aut ad vnū loqtur atqz i vna ꝓsona · modo caput · modo corpus ostendit · sicut Esaias ait : Jnduit me vestimento salutari quasi sponsum decoratū corona · ꝛ quasi sponsam orna tam monilib suis. In vna enī ꝓsona duplici vo cabulo nominata · ꝛ caput · id est sponsū ꝛ ecclesiā id est sponsam manifestauit. Proinde norandū i scripturis · quādo specialiter caput describitur : quando ꝛ caput ꝛ corꝑ · aut qñ ex vtroqz transe at ad vtrūqz · aut ab altero ad alterū. ficqz qđ ca piti · quid corpori conueniat prudens lector intel ligat. Secūda regula ē de dñi corpore vero ꝛ per mitto. Nam videnē quędam vni conuenire per sonę · qđ tamen nō est vnius · ut ē illud : Puer meꝰ es tu isrl · ecce deleui ut nubem iniquitates tuas. ꝛ sicē nebulā peccata tua · cōuertere ad me ꝛ redimā te. Ꝫ ad vnū nō ꝓgruit. Nā altera pars ē cui pctā deleuit · cui dicit : puer meꝰ es tu. ꝛ altera cui dicit : Cōuertē ad me ꝛ redimā te. Qui si cōuertāt · eoꝝ pctā delenē. Per hanc enī regulam sic ad oēs lo quitur scriptura · ut boni redarguantur cum ma lis. ꝛ mali laudentur cū bonis. Sed quid ad quē ptineat · qui prudenter legerit discet. Tertia re gula est de littera ꝛ spū · id est de lege ꝛ gratia · le ge · per quā prędicta facienda admonemur. gratia ꝑ quā ut opemur iuuamur. uel qꝫ lex non tm̄ hi storicę · sed etiam spiritaliter sentrienda sit. Nāqz ꝛ historice oportet fidem tenere ꝛ spiritaliter le gem intelligere. Quarta regula ē de specie ꝛ ge nere · per quam pars ꝓ toto · ꝛ totum ꝓ parte accipitur · veluti si vni populo uel ciuitati loquat deus · ꝛ tamen intelligat omnē contingere mun dum. Nam licz aduersus vnam ciuitatē babylo niam ꝑ Esaiam ꝓpheram dominus cōminetur · tamen dum contra ecclesiam loquitur · transit ad genus de specie · ꝛ conuertit cōtra totum mundū sermonem. Certe si nō diceret aduersus vniuer sum orbē · nō adderet infra generaliter : ꝛ disper dam oēm terram. ꝛ visitabo super orbis mala. ꝛ ęterna quę sequūt ad internitionē mūdi ptinen tia. Unū ꝛ adiecit : Hoc est cōsiliū qđ cogitaui sup oēm terrā. ꝛ hęc ē manꝰ eius extensa super omnes gentes. Jtē postqꝫ sub persona babylonię arguit vniuersū mūdū · rursus ad eandē quasi de genere

ad specie reuertit dicens que eide ciuitati specialit contigerũ: Ecce ego suscitabo sup eos medos Nam regnante balthasar a medis e obtenta babylonia. Sic t in onus egypti ex psona eiusdem totũ vult intelligere mũdum dicendo: Et concurrere faciã egyptios aduersus egyptios regnũ aduersus regnũ cum egyptus non multa regna sed vnũ habuisse describitur regnũ. Quinta regula e de temporibus per quam aut pars maior tẽporis p partẽ minorẽ aut pars minor tẽporis p partem maiorem inducitur sicut e de triduo dominice sepulture dum nec trib9 plenis diebus ac noctibus iacuerit in sepulchro sed tñ a parte totum triduũ accipit. Uel sicut illud qd quadringentis annis predixerat deus filios isrl i egypto seruituros t sic inde egressuros q tñ dominante ioseph egypto dom nati sũt nec statim post quadringentos ãnos egressi sũt ut fuerat repmissũ ꝫ quadringentos triginta pactis ab egypto recesserunt. Est t illa de temporib9 figura p quã que dam que futura sũt quasi iam gesta narrant ut e illud: Foderũt manus meas t pedes meos dinumerauerũt oia ossa mea. t diuiserũt sibi vestimenta mea. t his simlia in quib9 futura tanq si iam facta sint ita dicũtur. Sed cur que adhuc facienda erãt ia facta narrant? Quia que nobis adhuc futura sunt apud dei eternitatem iam facta sunt. Qua ꝓpter quãdo aliqd faciendũ esse pnunciat ꝝm nos dicit quãdo ꝝo que futura sũt iam facta dicuntur ꝝm dei eternitatẽ accipienda sũt apud quẽ iam omnia facta sunt que futura sũt. Sexta regula est de recapitulatione. Recapulatio enim est dum scriptura redit ad illud cui narratio iam transierat sicut cũ filios filiorũ noe scriptura cõmemorasset dixit illos fuisse in linguis t gẽtibus suis. t tñ postea quasi hoc etiã in hoc ordine tempꝰ requiritur: Et erat inquit ois terra labium vnum t vox vna oibus erat. Quõ ergo ꝝm suas gẽtes t ꝝm suas linguas erãt si vna lingua erat oibus nisi q ad illud qd iam trãsierat recapitulando est reuersa narratio. Septima regula e de diabolo t ei9 corpore q sepe dicũt ipsius capitis. que suo magis cõueniũt corpori. sepe ꝝo eius videntur dicta membrorꝫ t nõ nisi capiti cõgruũt. Ex nomine quippe corporis intelligitur caput. ut est illud in euangelio de çiçanijs tritico admixtis dicente dño: Inimicus homo hoc fecit. hominem ipsũ diabolũ vocans. t ex nomine corporis caput designãs. Itẽ ex nomine capitis significatur corpus sicut i euangelio dicitur: Duodecim vos elegi sed vn9 ex vobis diabol9 e. iudam vtiq indicãs quia diaboli corpus fuit. Apostata quippe angelus omniũ caput e iniquorũ. t huius capitis corpus sunt oẽs iniqui sicq cũ membris suis vnitus est ut sepe qd corpori eius dicitur ad eũ potius referatur rursum qd illi ad mẽbra iterum ipsius deriuetur.

De martyrio Cap. xxvi.

Si seruus aduersitate vlla non frangit
d sed pro veritatis defensione vltro se certamini offert nec vnq ꝓ veritate diffidit. Sepe ex discipulis ad martyriũ eliguntur qui suos doctores ad coronã precedũt. t qui sũt ordine postremi fiunt nonnũq in certamine primi. Uir sanct9 vltro se in agone pro certamine debet offerre iusticie ꝫ tñ si agonis fructũ videt veriorimũ nõ debet declinare laboris periculum. Q si maior est labor q animarũ lucrum declinãdus est labor: quem minimũ comitatur augmentum. Utrũq enim fecit apostol9 qui t periculis se vltro dedit vbi maximũ animarũ lucrũ vidit. t sapienter se periculo abstulit in quo potiorẽ laborẽ q lucrũ esse prospexit. Ultro se paulus apud ephesũ periculis obtulit quia potius periculo lucrum vidit. Damasci aũt ideo a periculo subtraxit semetipsũ quia nullũ periculi ipsius arbitratus est fructum. Discat quõ se ad martyriũ offerat quisq vltro uel quomodo iuxta sententiam dei cingatur ab altero. t quo nõ vult ipse ducat nisi q t ꝓpter gloriam futuram de certamine iustus gaudet. t ꝓpt passionis violentiã refugit subire qõ dolet. Accipe exemplũ adeundi sub trepidatione martyrij de vsu bellandi in q exercitat9 quisq in prelio t p audaciã certamẽ aggredit. t p timorẽ cũctatione mouetur. Item accipe exemplũ martyrij de reparatione humani corporis ad salutẽ dum quisq t de spe reparationis gaudet. t de incisionibus seu amarissimis poculis meret.

De sanctorum miraculis Cap. xxvii.

Si apostolis virtus data est signorum
Prima concupiscētię suggestio panis est. cui si minime ceditur. diuersa edacitatis desideria comꝓmuntur. Unde ⁊ daniel panem inquit desiderij nō comedi. hoc est. et⁹ concupiscentiam nō impleui. Prima est luxurię materies. saturitas panis. vnde ⁊ ꝓpheta sodomam de saturate panis accusat dicens: Hęc fuit iniquitas sodomorum: superbia. saturitas panis ⁊ abundantia aquę. Panem quippe sodomitę immoderate sumentes i turpitudines defluxere flagitiorum. atq; inde meruerūt comitāte superbia cęlestibus aduri incendijs. ex quo modum nō tenuerunt edacitatis. Utile est cauere gulam ciborumq; concupiscentiam. Quid enim tam noxiū q̄ ut anim⁹ seruiat ventri ⁊ ęsce. quę sunt destruenda. testante apostolo ac dicente: Deus aut ē ⁊ hūc ⁊ hanc destruet. Proxima est ventri libido. sicut loco sic vitio. Ubi enim ventris cura. ibi ⁊ eorum quę circa ventrem sunt proxima. In ordine nāq; membrorū genitalia ventri iunguntur: Dumq; vnū ex his inmoderate reficitur. aliud ad luxuriam excitatur. Nō ad luxuriam uel ad saturitatē: ꝫ tantūmodo ut corpus sustentet epulis est vtendum. Nam ut philosophi dixerūt. cibandus ē venter ut contineat animam. nō ut corrumpat. Qui nimiū cibis vtunt: quanto magis ventrē pascunt. tanto amplius sensum mentis obtundunt. Nam gręci dixerunt ex crasso ventre subtilem sensum gigni nō posse. Nam gulę saturitas nimia aciem mēris obtundit. ingeniumq; bebescere facit. Libidinis ignes ciborum fomite increscūt. Corpus autem quod abstinentia frangit. tentatio nō exurit. Unde ⁊ tres pueros abstinentes flāma babylonij incendij ⁊ si tetigit non combussit. ꝙa nimirum ⁊ si desideriorum carnalium ignis abstinentium mentes inflāmat. vsq; ad consensum tamen cōcupiscētię uel operis nō exurit. Cui abundantia ē epularū. ardentis diuitis incendat supplicium. cui⁹ tanta in inferno inter ignes erat inopia. quanta hic epularum fuerat copia. In hoc enim sęculo esurire ⁊ sitire noluit. propterea illic inter flāmas sitiens. stillam aquę quęsiuit nec meruit. Considerandum q̄ vehementer arguantur cōmessatio ⁊ sumptuosa cōuiuia. Nā ꝓ ꝓphetā comminatur dominus. se non hanc relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiūt. Dicit enī per Esaiam ꝓphetam. Ecce gaudium ⁊ lętitia occidere vitulos ⁊ iugulare arietes. comedere carnes ⁊ bibere vinum. Si dimitteretur iniquitas hęc vobis donec moriamini. Sicut omnes carnales cupiditates abstinētia resecantur. ita omnes animę virtutes edacitatis vitio destruunt. Unde est q̄ ⁊ princeps cocorum muros hierusalem subuertit. ꝙa ⁊ venter cui seruitur a cocis. virtutes animę destruit. Neq; enim posse quēpiam virtutum ꝓfectionem attingere. nisi ꝓius ventris edomauerit ingluiem. Nemo potest dominari cęteris vitijs. nisi ꝓius ingluiem ventris restrinxerit. Nec quisq̄ facile poterit a semetipso spūs īmundos expellere. nisi ꝓ abstinentiā gulę. Cū enī hostes q̄ extra nos sūt a nobis fort⁹ fugant. qñ ꝓius quę intra nos sūt vitia extinguunt. Nā frustra foris agit bellū. q̄ intus habet periculū. Nō q̄litatē

ciboꝝ ꝫ eorum cupiditatē cauendā. Nā sēpe accuratius p̄parata sine gulę concupiscentia degustantur. ⁊ sēpe abiecta ⁊ vilia edendi cupiditate sumuntur. Sicꝙ fit ut non sit in culpa ciborū qualitas sed illud reputetur in vitiū qꝺ cū desiderio degustatur. Quattuor sūt genera distinctionū in gulę appetitu id ē q̄d quādo quātū. ⁊ quō appetatur. Quid ad rem ipsam ptinet quę appetitur. Quādo si ante legitimū tempꝰ q̄d appetatur. Quātū ꝺo ad imoderationem refertur. Quō ad impatientiā festinatiōis ascribit. Nullus homini tam importunꝰ exactor ē qꝺ venter; q̄ quotidianā refectionē quotidiana famis exactiōe adimplet. Cū cęteris enī vitiis. ⁊ si interdū nascimur interdum tamē cū eis nō morimur. Cū isto aūt ⁊ nascimur cū isto ⁊ morimur. Plerūꝙ voluptas vescendi ita sub obtentu necessitatis subrepit ut dū putat̄ seruire necessitati voluptatis desiderio seruiatur nec facile discernit̄ vtrum qō accipiatur gulę an indigentie deputetur.

De ebrietate. Cap̄. xliii.

Sca crapulā potus ebrietatem generat.

e Ebrietas aūt pturbationē gignit mētis furorē cordis flāmā libidinis. Ebrietas ita mentē alienat ut vbi sit nesciat. Unde etiā ⁊ malum non sentitur qō p ebrietatem cōmittitur. Uerum est qꝺ iuxta p̄phetā fornicatio ⁊ ebrietas aufert cor. Fornicatio enim sicut ait salomon insatuat sapientem. Ebrietas sicut in lorb sensus ⁊ rationē captiuat. Unde ⁊ in prouerbijs: Potentes inquit qui iracundi sunt vinū non bibant ne cū biberint obliuiscantur sapientiā. Plerisꝙ laus est multum bibere ⁊ nō inebriari. Audiāt hi aduersum se dicentē p̄pheram; Ue qui potētes estis ad bibendū vinū. ⁊ viri fortes ad miscendā ebrietatem. Uino multo deditos ⁊ luxuriose viuentes esaias sic arguit dicens: Ue qui consurgitis mane ad ebrietatē sectandā ⁊ potādū vsqꝙ ad vesperū ut vino cstuetis. De talibus ⁊ alio loco dicit̄: Ue tibi ciuitas cuius rex iuuenis est. ⁊ cuius p̄ncipes mane comedūt. Multi enī a mane vsqꝙ ad solis occubitū ebrietati ⁊ gulę voluptatib⁹ deseruiunt nec intelligūt cur nati sūt. sed consuetudine beluina detēti luxurię tm̄ tota die epulisꝙ inseruiūt. Clamat iobel p̄pheta his qui ebrietati deseruiūt dicēs: Expergiscimini ebrij ⁊ flete. ⁊ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio nō ait tm̄: flete omnes qui bibitis vinum. ut bibere oīo non liceat. sed adiecit in dulcedine. qō ad voluptuosam pertinet ⁊ prodigam effusionē. Nam quantū satis ē necessitati edocet timotheum bibere apostolus dicens: Uino modico vtere. Non solū ex vino inebriantur homines. sed etiam ex cęteris potandi generib⁹ quę vario modo cōficiunt̄. Unde ⁊ naçareis qui se sanctificabant domino. p̄ceptū est vinum ⁊ siceram non bibere. Utraꝙ enim statum mentis euertūt ⁊ ebrios faciūt. luxuriā ꝙꝙ carnis vtraꝙ ꝙqualiter gignunt. Quidam continētes sicut panē cū pondere edunt. ita ⁊ aquam cum mēsura sumunt asserētes ad castimoniam carnis etiam aquę abstinentiam conuenire.

De abstinentia Cap̄. xliiii.

Oc est pfectum ⁊ rationabile iciuniū qñ

b noster homo exterior iciunat ⁊ interior orat. Facilius p iciuniū oratio penetrat cęlum. Tunc enī homo spiritalis effectus angelis cōiungitur. deoꝙ liberius copulatur. Per iciuniū etiam occulta mysteriorū cęlestiū reuelant̄ diuiniꝙ sacramenti archana pandunt̄. Sic nāꝙ daniel angelo reuelante mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Hęc enī virtus ⁊ angelorum manifestatiōes ⁊ eor annūciationes ostēdit. Iciunia fortia tela sunt aduersus tentamēta dęmoniorū. Cito enī p abstinētiā deuincuntur. Unde etiā dominꝰ ⁊ saluator noster eor incursus iciunijs ⁊ orationibus p̄monet supare dicēs: Hoc genꝰ nō ejcitur nisi per orationē ⁊ iciuniū. Immundi enī spūs ibi sese magis injciunt vbi plus viderint escam ⁊ potū. Sancti q̄ diu in huius sęculi vita habitant desiderio superni roris corpus suū aridū portant. Unde ⁊ psalmus: Sitiuit inquit in te anima mea q̄ multipliciter ⁊ caro mea. Caro enim tunc deum sitit. qñ per iciunium abstinet ⁊ arescit. Abstinentia ⁊ viuificat ⁊ occidit. viuificat animam. corpus necat. Sępe abstinentia simulate agitur; iciuniaꝙ per hypocrisim exercentur. Quidam enī mira inedia corpus suum laniant exterminantes. sicut ait euangeliū facies suas ut appareāt hominibus iciunantes. Ore nāꝙ pallescūt. corpore atterunt̄. cordis alta suspiria ducūt. Ante mortem quoꝙ morituris se supplicijs tradunt. tantūꝙ miseri laboris exercitiū non pro dei amore. sed p sola humanę laudis ammiratiōe sectant̄. Quidā incredibilit̄ abstinēt ut hoīb⁹ curiosis sancti appareāt. sed hoc bonū abstinētię talibus non ē virtus reputanda ꝫ vitiū. q: bono male vtūt̄. Jeiuniū ⁊ clemosyna i abscondito esse amant ut solus deus qui inspicit omnia. meritū operū bonoꝝ repēdat. Nam quę sub populari manifestatione faciunt. nequaq̄ a deo iustificantur. quia iuxta sermonē euangelicum. mercedem suam ab hominibus recipiunt. Jeiunia cū bonis operibus deo acceptabilia sūt. Qui aūt a cibis abstinent ⁊ prauę agunt. dęmones imitant̄; quib⁹ esca nō ē. ⁊ nequitia semp est. Ille enī bene abstinet a cibis qui ⁊ a malitię actibus ⁊ a mundi ieiunat ambitionibus. Qui erectationis studio nō abstinēręꝙ voto ab escis carnium se suspendunt. hi potius execrandi sunt. qꝺ deo creaturam vsibus humanis concessam reijciunt. Nihil enim fidelibus inquinatum. nihilꝙ esse iudicat̄ immundū. paulo arrestante apostolo: Oīa mūda mūdis. coinquinatis aūt ⁊ infidelib⁹ nihil ē mundū. sed polluta sunt eorum ⁊ mens ⁊

conscientia. Spernitur ieiuniū qđ in vesperū delitiosa repletione ciborū reficit. Neqꝫ enim reputanda est abstinētia. vbi fuerit ventris saturitas subsecuta. Spernitur ieiuniū qđ in vesperū delicijs compensat. dicente esaia ꝓpheta: Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluptas vestra. Voluptas enī delitię intelligūt. Sicut enī repetitio debiti ⁊ lites ⁊ contētio. ⁊ ꝑcussio. ita ⁊ delitię improbant a ꝓpheta in ieiunio. Tota enī die epulas in cogitatiōe ruminat. qui ad explendā gulā vespere sibi delicias pręparat. Non ē corpori adhibēda imoderata abstinētia. ne dū amplius grauat caro pondere inedie. malū agat postea. nec bene facere incipiat. ⁊ quę addicit. ut vsu mali careat. simul ⁊ boni officiū. dum plus premit perdat. Sollicita igitur discretiōe carnis ē moderanda materies. scilicꝫ ne aut integre extinguat. aut īmoderate laxetur. Infirmitate carnis nimia pręualēte ad ꝑfectionē ꝑtingere nemo potest. Nam q̄uis sanctitatis amorem quisqꝫ habeat. exequi tamen nō valet operis meritū cui intentione cordis deseruire conat. Corporis debilitas nimia etiā vires animę frangit. mentis quoqꝫ ingeniū facit marcescere. nec valet quicq̄ boni per imbecillitatē ꝑficere ne dum quid nimis. Nam quicquid cū modo ⁊ temperamento fit. salutare ē. quicquid aūt nimis ⁊ vltra modum est. ꝑnitiosum fit. studiūqꝫ suū in contrariū vertit. In omni ergo ope modū ⁊ temperamentū oportet habere. Nam omne qđ excedit periculosū est. Sicut aqua quę si nimios imbres prębeat. non solum nullū vsum adhibet. sed etiam periculum exhibet.

Finit liber secundus de sūmo bono sancti Isidori hispalensis episcopi.
Incipit liber eiusdem tertius
De flagellis dei Cap̄. I.

Iuine sapientie subtilitas sicut interius ut testis scrutatur cōscientias. ita exterius ut iudex irrogat pęnas: ut verum sit testimoniū ꝓphetę: quia ipse ē testis ⁊ iudex. Miserere dñe misero Isidoro indigna agēti ⁊ digna patienti. assidue peccanti ⁊ tua flagella quotidie sustinenti. Ordinata est miseratio dei quę prius hic hoiem ꝑ flagella a pctis emendat. ⁊ postea ab ęterno supplicio liberat. Electus eni dei doloribus vitę huius atterit ut ꝑfectior vitę futurę lucretur. Nequaq̄ deus delinquenti parcit. qm̄ pctōrē aut flagello tēporali ad purgationē ferit. aut iudicio ęterno puniendū relinqt. aut ipse i se homo pęnitendo punit qđ male admisit. Ac proinde ē q̄ deus delinquēti nō parcit. Iuste tpalia flagella ad ęterna ꝓficiūt gaudia. ideoqꝫ ⁊ iustus i pęnis gaudere debet. ⁊ impius in ꝓsperitatibus timere. Neqꝫ iusto neqꝫ reprobo deus misericordiā ⁊ iusticiā subtrahit. Nā ⁊ bonos hic ꝑ afflictionem iudicat. ⁊ illic remunerat ꝑ miserationem. ⁊ malos hic remunerat ꝑ temporalem clęmentiam. ⁊ illic punit ꝑ ęternā iusticiā. In hac enī vita deus parcit impijs. ⁊ tamen non parcit electis. in illa vita parcit electis. nō tamē parcit impijs. Periculosa est securitas i hac vita malorꝫ. ⁊ bonorum dolor tranquillus. Nam iniquus post mortē ducitur cruciandus. iustus ꝟo dormit post laborem securus. Non tm̄ de corporalibus passionibus. sed etiā de spiritalibus oportet intelligi. ut quanto quisqꝫ aut in corpore aut in mente flagella sustinet. tāto se i fine remunerari speret. Sępe occulto dei iudicio extra flagelli correptionem sūt reprobi in hoc mūdo. dūqꝫ multa dānabilia cōmisisse videant. despecti tamē a deo nullo emendationis verbere feriūtur. Plus corripitur flagello q̄ a deo diligit si peccauerit. dicēte ꝓpheta: Tantūmodo vos cognoui ex omnibus nationibus terrę. idcirco visitabo sup vos oēs iniquitates vestras. Quē enī diligit dñs corripit. flagellat aūt omnē filiū quē recipit. Valde necessariū est iustū in hac vita ⁊ vitijs tentari ⁊ verberari flagello. ut dum vitijs pulsat. de virtutibus non supbiat. Dū ꝟo aut animi aut carnis dolore atterit. a mūdi amore retrahat. Tentari aūt oportet iustū. sed tentatione plagę. non tentatione luxurię. Durius circa suos electos in hac vita deus agit. ut dum fortioribus flagelli stimulis feriūtur. nulla oblectamēta pręsentis vitę delectēt. sed cęlestē patriā vbi certa requies expectat indesinēter desiderēt. Electos vitę istius aduersitate ꝓbari. ut ꝟm petrū iudicium a domo dei incipiat. dum in hac vita electos suos deus iudicij flagello castigat.

De gemina percussione dei Cap̄. II.

Gemina ꝑcussio est diuina. Una in bonā partē qua ꝑcutimur in carne ut emendemur. Altera qua vulneramur in cōscientia ex charitate ut deū ardentius diligamus. Gemino more deus respicit uel ad veniā. uel ad vindictam. Ad veniā sicut petrū. ad vindictam sicut dū facta sodomorū se descensurū ⁊ visurū testat. Trimoda ratiōe deus quos voluerit percutit. id est ad dānationē reprobos. ad purgationē quos errare videt electos. ad ꝓpagandam meritorꝫ gloriam iustos. Primo nāqꝫ modo ęgyptus cęsa est ad damnationē. Secūdo modo pauper laçarus ad purgationē. Tertio modo ꝑcussus est Iob ad ꝓbationē. Flagellat homo plęrūqꝫ a deo ante peccatū ne malus sit. ut paulus q̄ sathanę angelo instigāte carnis tolerabat stimulos. Flagellat etiā ⁊ post pctm̄ ut corrigat. sicut ille i aplo q̄ traditus ē sathanę i interitū carnis ut spūs salus esset. Non tñ iuste murmurat etiam qui nescit cur vapulat. Nam deus ideo plęrūqꝫ iustū flagellat. ne de iusticia supbiēs cadat. In hac vita deus tāto magis

studer ut parcat·quãto magis expectãdo flagellat Sed alios feriendo corrigit· alios vo feriendo interficit. Feriendo nãq corrigit de quib⁹ dicit: Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Alios feriendo perimit·quos incorrigibiliter delinquẽtes aspicit quosq non iam sub disciplina ut filios pater·sed districta damnatiõe ut hostes ⁊ aduersarios pcutit. De quibus dicit: Flagello inimici pcussi te·castigatione crudeli. Et iterũ: Quid clamas ad me sup contritione tua·insanabilis ẽ dolor tuus. Uñ vnusquisq festinet ⁊ timeat ne simul feriat⁹ vita eius cũ culpa. Flagellum nãq tunc deler culpam cum mutauerit vitã. Nam cuius mores nõ mutat·actiones non expiat. Omnis diuina pcussio aut purgatio vite psentis ẽ·aut initiũ pene sequentis. Nam quibusdã flagella ab hac vita inchoant ⁊ in eterna pcussione pdurant. Unde per moysen dñs dicit: Ignis exarsit in ira mea ⁊ ardebit vsq ad inferos deorsũ. A quibusdã dici solet: Non iudicat deus bis in idipsũ. qui tñ non attendũt illud qđ alias scripũ est: Jesus populũ de terra egypti liberans. secundo eos qui nõ crediderũt pdidit. Quis enim si vna culpa bis non pcutitur. vna tamen pcussio intelligit·que hic cepta illic pficitur·ut in his qui oio nõ corrigunt· precedentiũ pcussio flagellorũ·sequentiũ sit initiũ tormentorũ. Hinc est qđ i psalmo scribit: Operiantur sicut diploide confusione sua. Diplois enĩ dupler vestimentum est·quo figuraliter induunt qui ⁊ tpali pena ⁊ eterna damnãt. Unde ⁊ Hieremias ait: Contritio sup cõtritionẽ. id ẽ gemina damnatio. ⁊ hic ⁊ in futuro seculo. Et idẽ alibi: Duplici cõtritione contere eos. id est gemina pena·psenti scilicz ⁊ futura. Quibusdã secreto dei iudicio hic male est·illic bene· scilicz ut dũ hic castigati corrigũtur·ab eterna dãnatiõe liberentur. Quibusdam vo hic bene est·illic male· sicut diuiti illi accidit·qui hic potẽtie claritate conspicuus·post mortẽ gehenne incendijs traditur cruciandus. Pozzo quibusdam ⁊ hic male ⁊ illic male ẽ·q: corrigi nolentes. ⁊ flagellari in hac vita incipiunt. ⁊ i eterna pcussione damnant. In tanto quosdã imergi desperatiõis profũdo·ut nec p flagella valeãt emẽdari. De quibus recte p prophetã dñs dicit: Frustra percussi filios vestros·disciplinam nõ receperũt. Plcrũq iustus plangit q: nescit vtrũ ꝓ oib⁹ suis pctis psentia patiat⁹ flagella·an pro vno tñ. ⁊ nescit que sit culpa illa ꝓ qua meruit eiusmodi pati supplicia. ⁊ pro ipso ambiguo maxime in merore versat⁹. Quis flagella psentia iustum a pctis absoluũt·adhuc tñ sub metu vindicę turbatur·ne instantes ei plage nõ sufficiant ad purganda delicta. Proinde ꝯ dũ psentia patitur ⁊ futura prumescit·quodãmodo sicut ait ꝓpheta·pro suis peccatis duplicia recipit.

De infirmitate carnis Cap. III.

Se nõnullos eiusdẽ qualitatis hoies q
e nesciant corrigi nisi alios viderint flagellari. sicq proficiunt comparatione malorũ· dum sibi id accidere timent in quo deperire alios vident. Quosdã deus videns nolle ꝓprio voto corrigi·aduersitatũ tangit stimulis. quosdã etiã psciens multũ peccare posse·in salutem flagellat eos corporis infirmitate ne peccent·ut eis vtilius sit frangi languorib⁹ ad salutẽ anime q̃ manere incolumes ad damnationẽ. Uisitatio dei nec semp in bonũ accipitur·nec semp in malũ. In bonũ enĩ accipitur·sicut ẽ illud: Uisita nos in salutari tuo In malũ vo· iuxta illud: In tempore visitatiõis sue peribunt. Tribus ex causis infirmitates accidunt corpori·id est ex peccato·ex tentatione. ⁊ ex intemperãtie passiõe. ꝟ huic tñ nouissime humana potest medicina succurrere. illis vo sola pietas diuine misericordie. Qui valentiores sunt ⁊ sani·vtile ẽ illis infirmari ⁊ non peccare·ne ꝓ vigorem sanitatis illicitis fordidentur cupiditatũ ⁊ luxurie desideriis. Duritia que mentẽ premit nec sentitur·vtiliter mutatur in carne ut sentiat⁹ atq intellecta emẽdetur. Nam citius vulnera carnis sentiunt q̃ aiç. ideoq per carnis flagella errantes citius corrigunt. Hoc qppe indicãt i pauli oculis squame infidelitatis·que dũ mutareq sũt ꝓ iucreparationẽ in oculis carnis·confestim resoluta ẽ duritia mentis. Est pnitiosa sanitas que ad inobedientiam hominẽ pducit. Est ⁊ salubris infirmitas que ꝓ diuinam correptionẽ mentem a duritia frangit. Languor animę id est pctoꝝ infirmitas pnitiosa ẽ·de qua etiã aplus ait: Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Quis scandaliçat⁹ ⁊ ego non vror? Nam infirmitatem carnis vtilem esse idem aplus approbat dicens; Quando infirmor tunc fortior sum.

De tolerantia diuine correptiõis Cap. IIII.

Urmurare in flagellis dei peccator homo nõ debet·quia maxime ꝓ hoc q̃ corripitur emendatur. Unusquisq autẽ tũc leuius portat quod patitur·si sua discusserit mala pro quibus illi infertur retributio insta. Discat nõ murmurare qui mala patitur·etiã si ignorat cur mala patiat⁹·⁊ per hoc iuste se pati arbitret ꝓ qđ ab illo iudicatur: cuius nunq̃ iniusta iudicia sũt. Qui flagella sustinet ⁊ cõtra deũ murmurat· iusticiam iudicantis accusat. Qui vo se cognoscit a iusto iudice pati qđ sustinet·etiam si ꝓ quo patitur ignoret·per hoc iam iustificatur·per qđ ⁊ scipsũ accusat ⁊ dei iusticiã laudat. Dum ex rebus ꝓsperis vtilia iustus exempla pcipit hominib⁹· necesse ẽ cum iterũ ⁊ aduersitatib⁹ tangi·quatenus eius patientia comprobet⁹·ut denuo fortitudinis documenta ex eo sumant hi qui ꝓsperitatis eius tẽperantiã agnouerũt. Qui passiõib⁹ animę insidiãte aduersario cruciat⁹·nõ idcirco se credat alienari a xpo·q: talia patit⁹·ꝟ magis ꝓ ꝺ deo cõmendabilẽ se eẽ cristimet si dũ hec patitur lauder deũ potius nõ accuser. Ad magnã vtilitatem diuine

iudicio mens iusti diuersis passionũ tentationib⁹ agitatur·p:o quibus si deo gratias egerit·suęq culpę q talia dignus sit deputauerit: hoc qđ ex passione tolerat·ei p:o virtutibus reputabit·q: t diuinã agnoscit iusticiã. t suã culpã intelligit.

De tentationibus diaboli Cap. v.

Ultris calamitatũ tentationib⁹ mens iusti in hac vita pulsat. Unde t optat ab boc seculo funditus euelli quo t erũnis careat. t firmã illic securitatem inueniat. Inter eas pęnas quas iust⁹ i corpe patit·atq eas quas mente p fraudem diaboli tolerat·multũ interest. Mã grauius fert quas interius luget·q eas quas exterꝰ sustinet. Mas enim t loco euitat t tpe. illas ꝯo nec loco nec tpe põt euitare. Mã ampliꝰ tentat electos diabolꝰ q dei voluntas pmittit. Tentando autem sanctoꝝ pfectibus seruit. t si nolens·vtilitati tamẽ sanctoꝝ seruit diabolus. qñ eos tentationibus suis non decipit·sed potiꝰ eruditꝰ. Nam tentatiões quas ille ad humanũ interitum mouet·interdum xp̃s ad exercitiũ virtutũ salubꝝ vtilitate conuertit. Insidię diaboli atq astutię q̃uis huc atq illuc quęrentes quẽ deuoꝛẽt diffundantur·a potestate tñ diuina nõ egrediũtẽ ne tantũ noceant quantũ maliciose contendunt. Nam quomodo sanctoꝝ virtus tanta tolerare potuisset·si superna dispensatio pio moderamine nequitiã dęmonũ nõ refrenaret? Et licz diabolꝰ tentationẽ iustis semp inferre cupiat· tamen si a deo potestatẽ nõ accepit·nullatenus adipisci põt quod apperit. Unde t ois voluntas diaboli iusta ẽ. t tamẽ pmittẽte deo omnis potestas iusta. Et se enĩ tentare quoslibet iniuste appetit·ꝫ eos q tentandi sũt. t ꝓout tentandi sũt·non nisi tentari deus iuste pmittit. Unde etiam in libꝝis regũ de diabolo scriptũ ẽ·q: spũs dñi malus irruebat i saul. vbi iuste queritur. si dñi·cur malus: si malꝰ cur dñi dicatur? Sed duobꝰ verbis comphensa ẽ t dei potestas iusta. t diaboli voluntas iniusta. Nam spũs malus p nequissimã voluntatẽ. t idẽ spũs dñi p acceptam iustissimã potestatẽ. Diabolus nõ ẽ inissoꝛ·ꝫ incentoꝛ potius vitioꝝ. Neq enim alibi concupiscentię fomẽta succendit·nisi vbi pꝛi⁹ pꝛauę cogitatiõis delectatiões aspexerit· qui si a nobis spernitur·sine dubio ille confusus abscedit·statimq frangũtur iacula cõcupiscentię eius·cõtẽptęq iacent. t sine luce faces illi⁹. Sollicite hostis insidias intelligere pariter t cauere dei seruũ opoꝛtet·sicq innocẽtia vitę existere simplicẽ·ut tñ opoꝛteat cum simplicitate eẽ pꝛudentem. Qui pꝛudentiã simplicitati non miscet· iurta ꝓphetam colũba est seducta non habens coꝛ. Sed ideo colũba·q: simplex·ideo aũt coꝛ nõ habens·q: ignara pꝛudẽtię ẽ. Sępe fraus sathanę sanctoꝝ coꝛdibus aperitur·quãdo p speciem boni angelũ se simulans lucis· dum nititur electos decipere deregitur atq contẽnitur. Sic t verba fallacis doctrinę deus sanctos suos facit intelligere·quatenus diabolicũ erroꝛem interꝰ cognoscant ac sollicite caueant. Discretio sanctoꝝ tãta esse debet ut inter bonũ t malũ pꝛediti ratiõe diiudicẽt·ne eos diabolus p speciẽ boni fallat. Hęc est enim pcunctatio iosue dicẽtis: Noster es an aduersarioꝝ? Ꝓpt̃ hoc t hieremię dicitur: Si separaueris pꝛeciosum a vili· quasi os meũ eris. Tunc enĩ bene de se iudicant sancti quãdo ab eis deus fallacia dęmonũ tentamenta facit intelligi. Multi decipiũtur a diabolo. t ignoꝛãt se eẽ deceptos: Osee ꝓphetę testimonio declarãte: Lo mederũt inquit alieni robur eiꝰ t ipse ignoꝛauit. Alieni nãq maligni spũs significant qui virtutes mentis comedũt·sed hoc coꝛda negligentium non intelligũt. Tanq inermis diabolus vinciꝫ quãdo de aperta iniquitate hominem depꝛauare conatur. Armat⁹ ꝯo tũc incedit·dũ p speciẽ sanctitatis t virtutis ea quę sancta sunt destruit·qñ t qui decipitur sua detrimenta non sentit·ꝫ tãq sint virtutes quę sunt vitia sectatur t diligit. In oculis carnaliũ diabolus terribilis est: in electoꝝ oculis terꝛoꝛ eius vilis est. Ab incredulis ut leo timet·a foꝛtibus in fide ut vermis contẽnit· atq ad momentũ ostensus repellitur. Qui suggestiones diaboli nõ recipit·in eius insidias minime transit. Nam facile in consequẽti operę repellitur·si pꝛima oblectamẽta illius respuantur. Diabolus enim serpens est lubꝛicus·cuius si capiti·id est pꝛimę suggestioni non resistit·totus in interna coꝛdis dum non sentitur illabit. Tentationũ diabolicarũ initia fragilia sunt·quę si non caucantur·sed p vsũ in consuetudinẽ transeãt·in nouissimis foꝛtiter conualescũt·ita ut aut nunq aut cũ difficultate vincantur. Cũ i tota vita diabolus hoĩem pꝛeuaricari cupiat·amplꝰ tamẽ in fine molitur decipere. Hinc ẽ qđ i principio contra pꝛotoplastũ serpenti est dictũ. Et tu insidiaberis calcaneo eiꝰ· quia nimirũ hominẽ quẽ diabolus in cursu pꝛeteritę vitę nõ decepit·in nouissimis supplantare disponit. Proinde q̃uis quisq sit iustus·nũq necesse est ut sit in hac vita securꝰ sed semp humilis caueat·semperq ne in fine coꝛruat sollicitus pꝛimescat. Diabolus suis fautoꝛibus blanditur·dei ꝯo seruis molitur tentamẽta cõtraria·exemplo dñi·qui se post baptismũ passus ẽ a diabolo tentari. Diabolus sanctos oẽs nõ tenendo possidet·sed tentando psequitur. Nam q: nõ i eis intrinsecus regnat·ꝓtra eos extrinsecꝰ pugnat. Et qui intrinsecꝰ amisit dominiũ· exterius cõmouet bellũ. Tunc contra eum quẽ possidet diabolus acrius sęuit·quãdo se virture diuina ab eo expellendũ cognoscit. Unde immũdus spũs tũc decerpsit grauius puerum in quo habitabat·quando ad xp̃i imperiũ exire ab eo coactꝰ est. Qđ factum t ad iob verba respicit·vbi i nouissimis vehemoth caudã suã q̃si cedrus astringit. Plus contra eos diabolus diuersis tentationibus insistit qui posiunt t alijs sua vtilitate

prodesse·ut dum illi impediuntur·nō proficiant qui docendi sunt. Malignus spūs hoc qō intra nos mundare cupimus·sine intermissione tentat iteꝝ sordidare. Sciāt eoꝝ insidias prēsago spū prēcognoscūt. ⁊ q̄d i semetipsis terrenū sentiūt indesinenter operib⁹ sanctis exhauriūt·ut de intimis puri inueniant. Eodē blandimento decipiunt·nūc p diabolū boies·quo ꝓplasti in paradiso sūt decepti. Multis enī viriꝝ prēstigijs mentes reprobozū tentando deludit. Nunc enim promissis decipit·nunc rebus transitorijs quasi necessarijs illicit·nūc etiā ipsa inferni supplicia q̄si leuia ⁊ transitoria suggerit·quatenꝰ miseroꝝ corda i cupiditatē lasciuiāꝝ dissoluat·secūꝝ ad tartara ducat. Argumēta machinationū malarūꝝ cogitationū semina quę in cordib⁹ boiuꝫ diabol⁹ fundit·ita sępe vndiqꝫ captā implicāt mentē·ut ex q̄ parte euadere q̄sqꝫ tentauerit·sine periculo exire nō possit·veluti si iures hoc facere·quod si feceris pecces·si nō feceris reus piurij sis. In tanto ergo mali discrimine ut euadēdi aditus pateat·minora potius eligenda sūt·ut maiora vitent. Diabolus quādo decipe quēq̄ quęrit·pr⁹ naturā vniuscuiusꝫ intendit·⁊ inde se applicat·vnde aptū hominē ad peccandū inspexerit. Ex ea parte boies diabolus tentat qua eos p excrescente humore facile inclinari ad vitia cōspicit·ut ꝑm humoris cōsperſionē adhibeat ⁊ tentationē. Lege balaam q̄ in figura diabolī contra populum dei ex ea parte prēcepit pnicioſos prętendere laqueos·ex q̄ sensit eos facilius esse lapsuros. Nam ⁊ qui aquā alicubi deducit·non eam p aliā partem mittit nisi vbi impetū eius intenderit. Nullus culpā existimet quā ex consperſione ꝓpria sustinet·ꝫ quantū valet contra id qō tolerat pugnet. Nam si compassiōi ceditur·tentatiōi uel vitio nequaq̄ resistit. Ideo diabolus in sacris eloquijs velbemoth id est animal dicitur·qz de cęlis lapsus ad terras cecidit·iuxta psalmistā iumentis insipiētib⁹ comparatus Ideo leuiathan id ē serpens de aquis dicit·quia i huius sęculi mari volubili versat astutia. Anis vo ꝓterea nominat·qz p superbiā ad alta sustollit. Et recte his trib⁹ vocabulis appellatur·qz p suo merito aerē q̄si anis ꝓ carcere meruit·velbemoth terrā·qz ut animal bzutū in imis delectat·serpēs eo q̄ i huius sęculi mari insana iactet fluctuatiōe Ex inde enī q̄ p membza sua diabolus opat·sozitur vocabula·ita ut qō singuli agūt incitāte illo ipse nominet ex eo. Quē enī nō decipit diabolus vnde animal ē·hoc ē·p carnis luxuriā·tentat vnde serpens ē·hoc ē·cupiditatis ac nocēdi malicia Quē autē nec sic decipit·insidiatur ei vnde anis est·hoc ē·superbię ruina. Undiqꝫ enī dolos prępparat quousqꝫ inueniat viam p quā incautū decipiat. Aliud est intrare mentē cuiusq̄ diabolum·aliud vo inhabitare. nam ⁊ in cordib⁹ sanctozum diabolus ingredit·dum malam suggestionē insinuat·sed non habitat in eis qz in suo corpore nō eos transducit. Qui vo in corpore eius sūt·ipsos iubabitat·quia ipsi sunt templū eius. Et si subripiat mentibus electoꝝ diabolus·nō autem in eis requiescit sicut in cordibus reprobozū. nā calore fidei mox excitatur ut exeat ab electis. Nonnulli quos iam auido ore diabolus deuozauerat·rursus diuini iudicij occulta miseratiōe ab eiꝰ ore eripiuntur ⁊ saluti restituuntur. Nam sępe multos quos antiquus hostis luxurię vozagine imersos tenuit·potētia diuina p pēnitentiā ab eiꝰ faucibus traxit. Quomodo bonoꝝ interitū ꝓpheta electam dicit esse diaboli escam·dum alibi scriptū sit de illo: fēnū sicut bos comeder·nisi q̄ in oculis dei fēnū sūt qui electus cibus ꝑm homines ēē vidēntur. Ac p hoc qui de bonozū numero pereunt·apud boies electi· apud deum fēnū existunt. Eum diabolus iam deglutisse dicitur·quem iam pfecto scelere deuozare videtur. Eum vo quē nō deglutiuit operis perfectione·sed tentationū illecebris mozdet ut deuozet·adhuc quasi i maxilla mandit. Unde ⁊ paulus habet stimulos carnis quibus humiliętur·non habet peccandi pfectionem qua deglutiatur. Os diaboli verba eiꝰ sunt. Uerba vo eius inspirationes occultę sūt·quibus corda hominū alloquens occultis vrit cupiditatib⁹. Quidam ob incorrigibile iniquitatē·quia sponte non corriguntur·imundis spiritibus vexandi tradunt·ut arripiēdi eos dęmones corporaliter habeant potestatē·terroribusq̄ eoꝝ afflicti humilient·pēniteāt ⁊ saluent. Sic ⁊ apostol⁹ corinthijs scribens dicit: Tradere huiusmodi hominē satbanę in interitū carnis ut spūs salu⁹ sit i die dñi. Utile ē enī quosdā peccātes ut in aia saluentur·satbanę corpozaliter deputari·quatenus ex presenti correptione futurū iudiciū timeant. ⁊ de cętero delinquere caueant. Quidam aūt potestati dęmonū ad emendationē deputant. quidam vo despecti ad solā pditionē tradūt. Nūq̄ vacat diabol⁹ aduersus hoiem iustū. Aut enī tribulationes cordis illi exaggerat·aut dolozes corpis suscitat. Hinc est quod aplus ait: Datus est mihi stimulus carnis meę angel⁹ satbanę qui me colaphizet. Sępe mentē iusti varijs vexationū doloribus vis dęmonū cruciat. vnde ⁊ interdū vsqꝫ ad desperationis angustiam coarctatur. Permanenti autē in dei amoze animę ⁊ ipsa talis angustia ad meritū proficit. Nam siue in animo siue i copore p instinctum imundozū spirituū quęlibet aduersa iustus patiat·ex dei vtiqꝫ permissu id patitur. Q; si hocipsū ad dei gloziam humilis referat. ⁊ dicat qō ꝓ corpis passiōe iob dixit: Si bona suscepimus de manu domini·mala quare non sustineamus ? iste qui sic loquitur non separatur a deo·sed coniungitur· qualibet atroci angustia torqueat. Multa iust⁹ aduersa i aia patit imitigatiōe dęmonū·ꝫ talib⁹ tēramēris perire a vita ętna nō pōt·qz pr⁹ dñs ad dānationē culpę nō reputat qō de suę maiestatis pmissu·nolēs q̄ patit pozrat.

Nam ibi peccamus vbi cupiditate uel voluntate deflectimur. Ubi ꝺo violenter addicimur ⁊ si facinus aut flagitiū nō ē. miseria tamē ⁊ ꝑflagitio ⁊ facinore ē. Sed qui deū ꝑ irrogata laudat miseria. cōmisso ꝓcul dubio caret facinore.

De tentamētis somniozū Cap. vi.

p Lerūq; dęmones i noctibus occurrētes humanos sensus ꝑ visiones cōturbant. ut formidolosos ⁊ timidos faciāt. Aliquotiens etiā ex desperatione ꝓcōz mentē conuersi ꝑ sopozē conturbant horridaq; gehēnę supplicia imittūt. Nōnunq; aūt ⁊ aperta impugnatione grassantes humana corꝑa verberant. qō tñ deo ꝑmittēte malis fit ad vindictā. iustis ad tolerantię gloziā. Plerūq; imūdi spūs eos quos incumbere i sęculi amore cōspiciunt. dormiētes q̄dā vana spei ꝑsperitate illudunt. Quosdā ꝺo quos formidare aliqua aduersa persentiūt. dormiētes inani troze cōcutiūt. Sicq; miseroꝝ corda varijs illusiōib⁹ tentātes modo vana ꝓsperitate demulcēt. modo inani formidine terrent. Qui āt nullis aut raris cōscij sūt delictis. aut nūq; aut raro terrozib⁹ fatiganē nocturnis. ꝟ pacato somno quiescētes. ꝛterdū etiā ꝓ sopozē quędā archana ⁊ mystica cōtuenē ac vidēt. Qui ꝺo corda sua grauioribus vitijs polluerūt. cōsciētię pauoze illusi speties tremendas aspiciūt. Fallax eni imago mētes miseroꝝ diuersis eludit imaginib⁹. ⁊ q̄s vigilantes in vitia traxit. dormiētes fatigat. ut nunq; securos requiescere sinat. Nōnunq; etiam electoꝝ mentes horrendis imaginib⁹ somnioꝝ spūs imūdi terrificare conāt. ⁊ quos vigilantes vitijs tentant nec superant. acriter dormiētes impugnant. Sancti aūt ⁊ si ad momentū huiusmodi visiōib⁹ cōmoueant. mox tamē euigilantes illusionū vanitates despiciūt. intētionēq; suā protin⁹ ad deū cōuertūt. Diuersę qualitates sūt somnioꝝ. Quędā eni ex saturitate seu inanitione occurrunt. quę etiam per experientiā nota sunt. Quędam ꝺo ex ꝓpria cogitatione oziunt. Nam sępe quę i die cogitamus. in noctib⁹ recognoscim⁹. Nōnullę aūt visiones spirituū imūdoꝝ fiūt illusione. salomone probāte: Multos inquit errare fecerūt somnia ⁊ illusiōes vanę. Pozro quędā iusto fiūt modo id ē supnę reuelatiōis mysterio. sicut legit i lege de ioseph filio iacob q̄ ꝑ somnia fratrib⁹ ꝓferendus prędicit. uel sicut in euangelio de ioseph sponso marię qui ut fugeret cum puero in ęgyptū somnio admonetur. Nōnunq; ⁊ pmixte accidūt visiones. id est cogitatione simul ⁊ illusione. atq; item cogitatione ⁊ reuelatione: Daniele dicente: Tu inq̄t rex cogitare cepisti i stratu tuo q̄d esset futurū post hęc. ⁊ q̄ renelat mysteria ostēdit tibi quę futura sūt. Et inde sępe ea in quib⁹ cogitationū nostrarū sensū pozrigim⁹. quo dā mētis excessu reuelant deū requiescimus. Quis nōnulla vera sint somnia. facile tū credi eis nō op⁹ est. q: diuersis imaginationū q̄litatib⁹ oziunt. ⁊ vnde veniant raro cōsideraē. Tam facile igit somnijs fides habēda nō ē. ne forte sathanas i angelū lucis se trāsformās quēlibet incautū fallat. ⁊ aliqua erroris fraude decipiat. Nōnunq; interdū dęmones deceptoria fraude ita quosdā curiosos obseruantesq; illudūt ut quędā somnia non aliter eueniant q̄ ostendunt. Ut eni in multis fallant. interdū ⁊ vera ꝓnūciant. Sed q̄uis ita accidāt. cōtemnenda sūt ne forte de illusiōe ꝓcedāt. recolentes testimoniū scripturę dicētis: Si dixerint vobis ⁊ ita euenerit non credatis. Somnia similia sunt augurijs. ⁊ qui ea intendūt reuera auguriari noscūtur. Non esse vera somnia quę cogitans animus die noctuq; sibi imaginat. Mentes eni nostrę nōnunq; ipsa sibi somnia fingunt. Sępe dū prioza mala ꝑ tristē memoziā ad mentē reducunt. ꝑ hęc gehennę vindictā in nobisipsis recolendo imaginamur. Huiusmodi mentis imaginatiōes quę aut de pęteritis admissis. aut de futuris supplicijs memoria vigilantibus fiunt. ⁊ p visiones somniaq; occurrūt. ⁊ cogitantiū mētes cōcutiūt. Nā vna vi memozię fiūt vtraq; siue vigilantib⁹ siue dormiētib⁹ nobis. Tali eni āmonitiōe horribili. pauoze etiā ꝑ quietē cōcutimur. ⁊ q̄ grauia sunt quę cōmisimus. ⁊ q̄ dura quę pertimescim⁹: mentis aspectu etiā i somnio contēplamur. Nō esse peccatū quādo nolentes imaginib⁹ nocturnis illudimur. ꝟ tunc esse peccatū si anteq; illudamur cogitatiōis affectib⁹ pręueniamur. Luxurię q̄ppe imagines quas in veritate gessimus. sępe dormientibus in animo apparent. ꝟ innoxię. si nō concupiscendo occurrāt. Qui nocturna illusiōe polluit. q̄uis ⁊ si extra memoziā turpiū cogitationū sese ꝓsentiat inquinatum. tñ hoc ut tentare culpę suę tribuat. suāq; imundiciā statim fierib⁹ tergat.

De oratione Cap. vii.

b Oc ē remediū eius q̄ vitioꝝ tentamētis exꝯstuat. ut quotiēs quolibet tāgit vitio totiens ad oratiōnē se subdat. q: frequēs oratio vitioꝝ impugnationē extinguit. Tamen ꝓseuerant intendere oportet animū nostrū orando atq; pulsando. quousq; ꝺ opportunas desideriozū carnaliū suggestiones quę nostris obstrepūt sensib⁹ fortissima intētiōe supem⁹. ac tamdiu insistere. quousq; ꝓsistendo vincamus. Nā negligētes oratiōes. nec ab ipso hoie impetrare valent quod volūt. Cū quisq; orat. sanctū ad se spiritū aduocat. Ar vbi aduenerit. confestim tentamenta dęmoniozū quę se mentib⁹ humanis imergūt. pręsentiā eius ferre nō sustinētes effugiūt. Oratio cordis est non labioꝝ. Neq; eni verba dēpcātis deintendit. ꝟ oratis cor aspicit. Q: si tacite cor oret ⁊ vox sileat. q̄uis hoies lateat. deū latere nō pōt q̄ cōscientię pręsens est. Melⁱ est aūt cū silentio orare corde sine sono vocis. q̄ solus ꝺbis sine intuitu mentis. Nūq; est sine gemitu orandū. Nā peccatoꝝ recordatio męrorem gignit. Dū eni oramus. ad memoziā culpā reducim⁹. ⁊ magis reos

tunc nos esse cognoscim⁹. Ideoq; cū deo assisti/
mus·gemere ⁊ flere debem⁹·reminiscēres ꝙ gra/
uia sunt scelera quę cōmisimus ꝙq; dira inferni
supplicia quę timem⁹. Mens qualē se in oratione
offert·talē post orationē se cōseruet. Nam nihil
ꝓficit oratio si denuo cōmittitur·vnde iam iterū
venia postulet. Ille enī precis desiderati effectū
sine dubio ꝓcipit·qui qđ orando ablui postulat·
delinquendo non iterat. Mens nostra celestis ē
⁊ tūc orādo deū bene cōtēplat·quādo nullis ter/
renis curis aut errorib⁹ impedit. Apta est enī
ad bonū in sua natura·in aliena ꝛo turbat. Pu/
ra est oratio quā in suo tpe sęculi non interueniūt
curę. longe aūt est a deo anim⁹ qui in oratione co/
gitationib⁹ sęculi fuerit occupat⁹. Tūc ergo ve/
raciter oramus qñ aliunde non cogitamus. Sed
valde pauci sūt qui tales orationes habeant. Et
licz i quibusdam sint·difficile tñ est ut temp sint
Mens quę añ oꝛonē vacās a deo i illicit⁹ cogita/
tionib⁹ occupat·dū i orationē venerit·confestim
illi imagines rerū quas nup cogitauit occurrūt·
aditūq; precis obstruūt ne se mēs libera ad cęle/
ste desideriū erigat. Purgandus est itaq; primū
animus atq; a tēporaliū rerū cogitationibus se/
greganꝫ·ut pura acies cordis ad deū vere ⁊ sim/
pliciter dirigat. Nam reuera tūc impetrāda di/
uina munera credimus·qñ simplici affectu assi/
stimus cū oramus. Multis modis interrūpitur
orationis intentio·dū se ꝓ incuriā vana mūdi in/
gerūt in cuiuscūq; orātis animo. Tūc autē magis
diabolus cogitationes curaꝝ sęculariū humanis
mentibus ingerit·quādo orantē aspexerit. Duo/
bus modis oratio ipedit ne impetrare quisq; va/
leat postulara·hoc ē·si aut quisq; adhuc mala cō
mittit·aut si delinquēti sibi debita non dimittit.
Qđ geminū malū dū quisq; a semetipso abstersе/
rit·protinus securus studio orationis incūbit. ⁊
ad ea quę impetrare precib⁹ cupit mentem libere
erigit. Qui lędit non desistat orare ꝓ se lędentib⁹
alioquin iuxta dñi sentētiā peccat qui ꝓ inimicis
non orat. Sicut nullū ꝓficit in vulnere medica/
mentū si adhuc ferrū in eo sit·ita nihil ꝓficit ora/
tio illius cuius adhuc dolor in mēte uel odiū ma/
ner in pectore. Tantus debet eē orantis erga deū
affectus·ut non desperet precis effectū. Inaniter
aūt oramus si spei fiduciā non habemus. Perat
ergo ut aꝑtus ait vnusquisq; i fide nihil dubitās·
nam q̄ dubitat similis ē vndę maris quę a vento
fertur atq; dispergit. Diffidēria nascit impetran/
di orata·si se adhuc animus sentiat circa peccan/
di affectionem versari. Non enim potest habere
precis certā fiduciam·qui ad huc in preceptis dei
pigritat ⁊ peccandi recordatione delectat. Qui a
preceptis dei auertitur·qđ in oratione postulat
accipere nō meretur·nec impetrat ab illo bonum
qđ poscit·cuius legi non obedit. Si enī id qđ de⁹
precepit facim⁹·id qđ petim⁹ sine dubio obtinę/
mus. Nam sicut scriptum est; Qui auertit aurē
suā ne audiat legem·oratio eius execrabilis erit.
Multum apud deum vtraq; sibi necessario cō/
mendantur·ut oratione operatio. ⁊ opere fulcia/
tur oratio. Unde etiam hieremias ait: Leuem⁹
corda nostra cū manibus ad deum. Cor enim cū
manibus leuat·qui orationem cum opere suble/
uat. Nam quicunq; orat ⁊ non operatur·cor le/
uat ⁊ manus nō leuat. Quisq; ꝛo operatur ⁊ nō
orat·leuat manus ⁊ cor nō leuat. Sed quia ope/
rari necesse est ⁊ orare·bene iuxta vtrūq; dictum
ē: Leuem⁹ corda nostra cū manib⁹ ad dominū
ne de negligēria mandatoꝝ corde reꝓbendamur
dū salutē nostram obtinere aut sola oratiōe aut
sola operatione contendimus. Postq; bonū op⁹
agimus lachrymę orationū fundant·ut meritū
actionis humilitas impetret precis. Culpabiliter
manus ad deū expandit·qui facta sua orādo ia/
cranter prodit·sicut phariseus in templo iactan/
ter orabat·seq; magis ꝙ deum de operibus iustis
laudari volebat. Quorundam oratio in peccatū
conuertit·sicut de iuda prodit⁹ scribitur: Qui
enim iacranter orat laudem appetendo humanā
non solū eius oratio non delet peccatū·ꝫ etiā ipsa
vertitur in peccatū. Sic iudei uel heretici qui licz
iciunare ⁊ orare videantur·eoꝝ tamen oratio nō
delet peccatū·nec ad purgationis ꝓficit meritum
sed muratur potius i peccatū. Ideo interdū ora/
tio electorū in pressuris eorū differtur·ut impio/
rum peruersitas augeatur. Uerū dum iusti tem/
poraliter audiuntur·pro eorum fit salute qui eos
affligunt·ut dum illis tempꝛali remedio subue/
uitur·prauorum oculi ad cōuersionē aperiantur.
Unde ⁊ trium pueroꝝ frigidus ignis fuit·ut na/
buchodonosor deū verū agnosceret. Sic ⁊ pro/
phęta in psalmis ait: Propę inimicos meos eri/
pe me. Proinde tardius exaudiuntur quorūdam
orationes·ut dū differunt·fortius excitati maio/
rib⁹ premijs cumulēt·exēplo pruinaꝝ ⁊ repressiōe
messū·in qb⁹ quāto tardi⁹ sata semina exeūt·tāto
ad frugē cumulati⁹ crescūt. Quotiēs orātes nō ci/
to exaudimur·nra nobis facta in oculis ꝓponam⁹
ut hocipsū qđ differtur diuinę reputetur iusticię·
⁊ culpę nostrę. Interdum ꝙ pseueranter orantes
non cito exaudimur·vtilitatis nostrę est non ad/
uersitatis. Sępe enī multos deus non exaudit ad
voluntatē·ut exaudiat ad salutem. Multi oran/
tes non exaudiuntur·quia prouidēdo illis deus
meliora ꝙ petunt reseruat· sicut contingere solet
paruulis qui ne in scholis vapulent deum exorāt·
sed nō datur illis postulatiōis effectus quia im/
peditur talis auditio ad profectum. Non aliter
quibusdam contingit electis. Deprecantur enim
deum pro nonnullis vitę huius cōmodis uel ad/
uersis. prouidentia ꝛo diuina tempꝛaliter eorū
desiderio minime cōsulit·quia meliora illis i ęter/
nū ꝓmittit. Oratio ꝓuatis locis opportunis fun/
dit·magisq; obtētū impetrat·dū deo tñ teste de/
promit. Propriū autē hypocritarū est offerre se

i oratione videtib⁹ quoꝝ fruct⁹ ē nō deo placere
sed gloriā ab hoib⁹ comparare. Non i multilo/
quio exaudiunt boies a deo qsi plurimis eū ver/
bis conent inflectere. Neqꝫ enī conciliat eū mul/
tiplex oratris sermo ꝫ pura sinceraqꝫ orationis
intentio. Bonū est corde semp orare bonū eriā
sono vocis deū spiritalibus hymnis glorificare.
Nihil est sola voce canere sine cordis intētione
ꝫ sicut ait aplus cantātes in cordib⁹ vestris hoc
ē nō solū voce ꝫ corde psallēres. Unde alibi
Psallā spū psallā mente. Sicut orationib⁹ re/
gimur ita psalmoꝝ studijs delectamur. Psallēdi
enī vtilitas tristia corda consolat gratiores mē/
tes facit fastidiosos oblectat inertes exsuscitat
pcatores ad lamenta inuitat. Nam qꝫuis dura
sint carnaliū corda statim ut psalmi dulcedo in/
sonuerit ad affectū pietatis animū eoꝝ inflectit.
Dū xpianū non vocis modulatio ꝫ tm verba di/
uina quę ibi dicūtur debeāt cōmouere nescio tm
quo pacto modulatione canētis maior nascit cō/
punctio cordis. Multi enī reperiūtur qui cant⁹
suauitate cōmoti sua crimina plangūt atqꝫ ex ea
parte magis flectunt ad lachrymas ex qua psal/
lentis insonuerit dulcedo suauissima. Oratio in
psęsenti tm vita p remedio pctoꝝ effundit psal/
moꝝ aūt decantatio ppetuam dei laudē demon/
strat in gloriam sempiternam sicut scriptum est
Beati qui habitāt in domo tua dñe in sęcula sę/
culoꝝ laudabūt te. Cuius opis ministerium qui/
cunqꝫ fideliter intentaqꝫ mente exequit quodā/
modo angelis sociat.

De lectione Cap. VIII.

Rationib⁹ mundamur lectionibus in/
o struamur vtrūqꝫ bonū ē si liceat si non
liceat melius ē orare qꝫ legere. Qui vult
cum deo semp esse frequēt debet orare frequēt
et legere. Nam cū oram⁹ ipsi cū deo loquimur cū
cū vo legimus deus nobiscū loquit. Dis pfect⁹
ex lectiōe et meditatiōe procedit. Quę enī nescim⁹
lectione discimus quę aūt didicimus meditatio/
nibus conseruam⁹. Beminū confert donū lectio
sanctaꝫ scripturaꝫ siue q intellectū mentis cru/
dit seu qꝫ a mundi vanitatib⁹ abstractū hominē
ad amorē dei pducit. Excitati enī sępe illi⁹ sermo/
ne subtrahimur a desiderio vitę mundanę atqꝫ
accensi in amore sapietię tanto vana spes morta/
litatis hui⁹ nobis vilescit quāto amplius legēdo
spes ętrna claruerit. Beminū ē lectiōis studiū
primū quō scripturę intelligant secūdū qua vti/
litate uel dignitate dicant. Erit enim antea dsqꝫ
pmptus ad intelligēdū quę legit sequenter ido/
neus ad pferendū quę didicit. Lector strenu⁹ po/
tius ad agendū quę legit qꝫ ad sciendū erit pm/
prissimus. Minor enī pęna est nescire quid ape/
tas qꝫ ea quę noueris non implere. Sicut enī le/
gendo scire concupiscim⁹ sic sciendo recta quę di/
dicimus implere debem⁹. Lex dei et prmiū habet
et pęnā legētibus eam prmiū his qui eā bene vi/
uendo custodiūt pęnā vo ī eis q eā male viuen/
do cōtemnunt. Dis qui a pceptis dei discedit
opere quotiēs eadē dei pcepta legere uel audire
potnerit corde suo rephēsus confundit q id qō
non agit memorat et reste conscientia interi⁹ ac/
cusatur. Uñ et dauid ꝓpheta depcat dicens Tūc
non cōfundar dum respicio in oia mandata tua.
Graniter nāqꝫ vnusquisqꝫ confūdit qñ mandata
dei uel legendo uel audiēdo respicit quę viuendo
contēnit. Corde enī rephendit dum mandatoꝝ
meditatione doceat quia nō implenit ope qō diui/
na didicit inssione.

De assiduitate legēdi Cap. IX.

Emo pōt sensū scripturę sanctę cogno/
n scere nisi legendi familiaritate sicut est
scriptū Ama illam et exaltabit te glori/
ficaberis ab ea cū eam fueris amplexat⁹. Quāto
quisqꝫ magis in sacris eloquijs assidu⁹ fuerit tan/
to ex eis vberiorem intelligēriā capit sicut terra
quę quanto amplius excolit tāto vberi⁹ fructifi/
cat. Quanto amplius ad quālibet artem homo
conscēdit tāto magis ad hoiem ars ipsa descen/
dit sicut in lege scribit Moyses ascendit i mon/
tem et dns descendit. Uerū est de ocio spiritali qꝫ
ille tm secreta diuinoꝝ scrutat mandatoꝝ qui ab
actione terrenę curę reuocauerit animū et sedula
familiaritate scripturis sanctis inhęserit. Nā si/
cut cęcus et videns pōt quidē vterqꝫ ambulare ꝫ
non cōsimili libertate dum cęcus pgens quo nō
vider offendat videns vo offendicula cauet et q fit
pgendū agnoscat. Sic et qui nubilo terrenę curę
fuscatur si tentet dei scrutari mysteria nō valet
q caliginę curarū nō videt. Qō ille tantundem
efficere valet qui sese de exterioꝝ⁹ sęculi curis ab/
strahit et totū se in scripturarū meditatione defi/
git. Quidā habent intelligentię ingeniū sed ne/
gligūt lectionis studiū et qō legēdo scire potue/
rūt negligendo contēnūt. Quidā vo amorē sci/
endi habent ꝫ tarditate sensus prepediunt q tm
assidua lectione capiūt qō ingenios p desidiā nō
nouerūt. Ingeniū tardius et si non p naturā per
assiduitatē tm lectionis augmentat. Nam qꝫuis
sensus heberudo sit frequēs tm lectio intelligen/
tiam adhibet. Sicut qui tardus ē ad capiendum
p intentione tm boni studij prmiū pcipit ita qui
prstitū sibi ex deo ingeniū intelligentię negligit
condemnatione reus exist quia donū qō acce/
pit despicit et per desidiā derelinquit. Quidā dei
iudicio donū scientię quod negligūt accipiunt ut
durius de rebus creditis puniantur. Tardiores
aūt ideo qō scire cupiunt difficulter inueniunt ut
p maximo exercitio laboris maximū prmiū ha/
beant retributiōis.

De doctrina sine gratia Cap. X

Octrina sine a diuinate grā qꝫuis infun/
o dat auribus ad cor nūqꝫ descendit. foris
quidem pstrepit ꝫ interius nihil pficit.
Tūc aūt dei ꝫmo ifusus auribus ad cordis vltima

puenit qñ dei gratia mentē interius ut intelligat tangit. Sicut enim quosdā flāma charitatis suę deus illuminat ut vitaliter sapiant. ita quosdam frigidos torpentesq; deserit ut sine sensu psistāt. Plęriq; acumine intelligēdi viuaces existunt. sed loquendi inopia angustant. Quidā ꝙ i verisq; pollent. quia ꝛ sciendi copiam ꝛ dicendi efficaciā habent.

De supbis lectoribus Cap. xi.

Lęriq; scientia accepta scripturarū. non
p ad dei gloriā. ⁊ ad suā laudē vtunt. dum ꝛ ipsa scientia extollunt. ꝛ ibi peccāt vbi peccata mūdare debuerunt. Nunq; consequunt legendo pfectam scientiā arrogantes. Nā q̄uis sapientes in supficie videant. medullitus tñ veritatis archana non tangūt. q: supbię nube prępediunt. Semp enī supbi legūt. quęrūt ꝛ nūq; inueniūt. Diuinę legis penetralia humilib⁹ ꝛ bene ad deum intrantib⁹ patent. prauis autē atq; supbis claudūtur. Nam q̄uis diuina eloquia in lectione arrogātib⁹ sint aperta. in mysterio tamē clausa atq; occulta sūt. Dum sermo dei fidelib⁹ lux sit reprobis aūt ac superbis quodāmodo tenebrescit. ꝛ vnde illi illuminantur. inde isti excęcantur.

De carnalibus lectoribus ꝛ hereticis Cap. xii.

Equaq; legem intelligit qui carnaliter
